

³li vires
ex Galen. illi est, quam legitimo Sio. Sii meminit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum sic inquit: Sium quantum gustu
odoratum est, tantum etiam excalfacientis facultatis est particeps. Digerit autem & urinam movet. & calculorum
Nomina. frangit, & menses evocat. Quod Græci sior, Latini quoque Sium vocant: Mauritani, Rorcat balmi, & Inhamcharella, seu
Hamcharella: Itali, Sio, & Gorgolestro: Germani, Wassermerck: Hispani, Rabacas: Galli, Berle. Sium vulgare, Itali,
Sio falso.

Sium à πῶς οἰεῖται, quia in aquis vacillando succutitur à præterlabentibus aquis: vel potius ab excu-
tiendis calculis. Apium palustre foliis oblongis serratis. C.B. Sion odoratum, Trag. Sium verum, Matth.
Lugd. Thal. Sii primum genus quod Laver vulgò dicitur, Fuch. Apium palustre, Fuch. Lon. Lug. La-
ver & Sion Cratevæ, Dod. gal. Sium, Cord. in Diosc. Gef. hor. Dod. fol. Sion sive Laver Dioscoridis 10
Olufatri folio, sive Pastinaca aquatica, Lob. icon. Sium Cratevæ majus latifolium, Tab. Crescione vul-
go, Eliofelinum Diosc. Theop. Plinio, & Sium Galeni Cæsalp. Hoc variat ratione latitudinis foliorum.
II. Sium vulgare, Matth. Lugd. Sium, Lac. Cast. Sion. Matthioli & Itolorum, Lob. Vella Galeni, An-
guillare.

Σισυμβριον.

SISYMBRIUM.

CAP. CXXI.

^a Orib. Sisybrium (alii serpyllum a sylvestre vocant) in solo inculto nascitur, menthæ hortensis similitudi-
ne odoratus, latiore folio. Inferitur coronis. Calfaciendi vim habet: contra stillicidia urinæ calcu-
losque, semen ex vino bibitur: tormina, & singultus sedat. Folia in capitis dolore, fronti, aut temporib. 20
illinuntur. Item contra vesparum, apumque ictus. Vomitiones potu cohibet. Alterum sisymbrii genus,
aliqui Cardaminam, alii Sion appellant. Ea herba riguis gaudet, & eisdem in locis, quibus Sion, prove-
nit: quæ ideo nonnullis Cardamina nominatur, quod gustu Cardamum, id est nasturtium repræsentet.
Folia primum rotunda prodeunt, adulta crucæ modo induntur. Id excalfacit, urinas movet: crudum
estur. Purgat lentigines, cutisque vitia in facie, noctibus impositum matutinisque detractum.

Orib.

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

Sisybrium

atq; odore similitudo proveniat. Quippe acritudine exolescente, reliquis odor, quia mollis quidem remissusq; est, proximè ad mentham accedit. Quamobrem transferre sapenumero jubent, ne istud eveniat. Hæc Sisymbrii causa est: hæc Theophrastus. Sed equidem non putaverim Dioscoridis Sisymbrium sponte in incultis nascens, cum Theophrasti Sisymbrio convenire, quin potius alterum ab altero longè dissidere crediderim. Sylvestre enim in Ananiensi agro in incultis natum com- Sylvestre plurib; locis vidimus, ac legimus, nullis deficientibus notis illi à Diosc. tributus, caule quadrangulari, radicib; longè vagantib; tenuibus, villosis, quod mihi quidem sativo effigie planè reclamare visum est. Huc alia accedit ratio, qua facile probari potest, sylvestre Sisymbrii à sativo plurimum differre. Quandoquidem si idem essent, cum Sisymbrium cultura negligentia in mentham degeneret, fieri quidem non posset, ut sylvestre aliter usquam inveniretur, quam in mentham permutatum, cum nulla hominum cultura nascatur: quo postmodum fieret, ut locus, in quo Sisymbrium primò adolevisset, brevi temporis tra- 10ctu ubiq; mentha scateret, quod tamen nusquam hæcenus factum reperi. Caterum Brasavolus. cum hac sorte non perpendisset, credidit Balsamitam, quam ipse Florentinam mentham appellat, tam sativum, quam sylvestre Sisymbrium in- differenter explere posse. Qui præterea fatetur se vidisse (quod potius eum oculos fessellisse putaverim) Balsamitam descivisse in calamintham, Plinium quidem, non Theophrastum secutus: siquidem Theoph. in mentham, non in calamintham, Sisymbrium desciscere prodidit. Plini verò codices nonnulli libro 19. c. 10. scriptum quidem habent, quod Sisymbrium in calamintham degeneret, quam lectionem accepit Brasavolus: sed ea lectio depravata censetur. Idcirco factum est, ut ii, qui Plinium castigarunt, eam restituerint, quod compertum habuerint Plinium ex Theophrasto historiam sumpsisse. Itaq; jam ejus loci vera, & legitima lectio est, ut in castigatis codicibus legitur, quod Sisymbrium in mentham desciscat, non in calamintham. Sisymbrium verò, quod (ut Dioscorides inquit) aliqui Cardaminam, alii Sium appellant, ea nimirum her-

Brasavol error.

20 III. SISYMBRIUM A-
quaticum

IV. SISYMBRIUM AQUA-
ticum alterum.

Sisymbri-
um aqua-
ticum.



ba est, quam vulgò nostri Crescione appellant, acri sapore prædita, de qua etiam diximus in præcedenti capite, d. Sio disse-
rentes. Siquidem ea in fontium rivis discurrentibus comite Sio nascitur, foliis primo exortu rotundis: cum verò adoleverint,
eruca modo dissectis: odore, ac sapore sativo nasturtio proximis. Meminit hujus Plinius lib. 20. cap. 22. quamvis lib. 19. cap. 8.
aliud Sisymbrii genus commemoret his verbis: Sisymbrium simili modo feritur: latissimum nascitur in puteorum parie-
tibus, & circa piscinas, & stagna. Hinc quidam existimarunt, Plinium de vulgari menthastro, quod in aquosis passim pro-
venit, differuisse. Sisymbrium tam hortense, quod tenuium est partium, excoalsciens, & exiccans in fine secundi ordinis,
aut in principio tertii: attenuat, digerit, resolvit, aperit, incidit, provocat, quam sponte proveniens, & flatu, & lumbrico-
pellit, cum herba ipsa in pulverem trita, tum ejus decoctum potum: valet ad uteri inflationes si una cum parthenio in
60 calenti tegula calefactum. & odorato meraco aspersum, imò ventri applicetur: valentius quoq; uterinis doloribus à par-
tu subvenit, si una cum parthenio, artemisia & anthemidis floribus, tenuiter concisa, tribus, aut quatuor ovis excipiat,
& deinde in patella, cum oleo lilino ad ignem fiat placenta & calida applicetur ventri, super ipso umbilico. Illinitur tam
recens, quam siccum calefactum, & vino cretico aspersum, colicis & ad ventriculi dolores à flatu provenientes. Succus te-
stibus illitus nocturnas pollutiones cohibet. Caterum aquaticum Sisymbrium cum raphano omni, & petroselinæ radicibus,
sectum & ex albo meraco, & butyro calefactum, & calidum pubi adhibitum, urinas remorantes educit ac trahit. Succus
ex aceto illinitur syncopti utiliter veteribus. Est & alterum ejusdem generis, sed foliis & caulibus longè minoribus, ramu-
lis numerosis, in cacumine tantum comantibus, in quib; flosculi exeunt pusilli, tenses, albicantes. Hoc autem non solum in a-
quosis, & riguis provenit, sed in hortis & secus itinera, acuto sapore. Imbecillus est altero, namq; minus excoalsciens & siccat: utriusq;
ubi verò alterum non sit ad manus, hoc uti præstabit. Sisymbrii utriusq; mentionem fecit Gal. li. 8. de simpl. medicamen. sa-
cultate,

Crescio-
ne.

Sisymbrii
vires Mat-
thiol.

Sisymbrii
utriusq;
vires ex
Galeno.

cultate, sic inquit: Sifymbrium tenuium partium, digerentis, excalfacientis, & exiccantis facultatis est, & tempera-
tura in tertio ordine. Sed & semen ejus tenuium partium est, & calidum. Quocirca ipsum quidam cum vino exhibent sin-
gultientibus, & tormina patientibus. Sifymbrium verò, quod quidam Cardaminam vocant, quandoquidem cardamo, hoc
est, nasturtio simile quiddam gustu praefert, cum siccum est, tertii est ordinis excalfacientium, & deficcantium: cum hu-
midum, & viride, secundi. Ut Græci σισυμβριον, ita etiam Latini Sifymbrium dicunt: Arabes, Sifnabarion, seu Sifnasbar:
Sifymbrium sativum, sive hortense, Græci, σισυμβριον ἡμικρον: Itali, Sifembro domestico, Balsamita, seu Mentha crispa:
Germanis Ragenbalsam: Quod verò σισυμβριον ἰσπερον Græcis, Sifymbrium alterum Latinis appellatur: Sifymbrium
aquaticum: Officinis, & Barbaris Senetion. Itali Sifembro aquatico, & Crescione: Germanis, Brunn-kressen / und
Wasserkressen: Hispanis, Berroes, & Agrion: Gallis, Cresson.

Mentha rotundifolia, crispa, spicata C.B. Sifymbrium hortense, Matth. Lac. Cast. Lugd. Mentha hor-
tensis altera sive crispa, Gef. hor. Sifymbria mentha agrestis, Lob. II. Mentha rotundifolia palustris, vide-
tur Sifymbrium Dioscor. C.B. Mentha rubra, Brunf. Balsamina agrestis & Nepeta tertia, Trag. Sifym-
brium Fuch. Dod. gal. & fol. Cam. Sifymbrium sylvestre, Matth. Lugd. Sifymorii primi species prima,
Cor. in Diosc. Sifymbrium agreste aquaticum, Gef. hor. Mentha aquatica & sylv. altera, Lonic. Mentha
palustris, Cam. hort. Aquatica sive Sifymbria, mentha rubra folio & flore nigræ menthæ, Lob. Sifymbri-
um primum Thal. Mentha sylv. prima & Sifymbrium terrestre Diosc. & Theoph. Cæsal. Calamintha a-
quatica, Taber. Variat foliis aliquando majoribus, aliquando minoribus: aliquando tota rubet: habetur
magis (ut pictura ostendit) minusq; hirsuta. III. Nasturtium aquaticum primum. C.B. Nasturtium a-
quaticum, Trago. Lonicero Dodonæo fol. cui & Sion Cratevæ: Sifymbrium aquaticum, Matthiolo 10
Cast. Cæsalpino, Sifymbrium Cardamine, Fuch. Lugdunensi. Clus. Pann. Sifymbrium alterum Diosc.
Cord. in Diosc. Gef. hor. Thal. Sifymbrium tertium, Lacu. Sifymbrium aquaticum primum, Tab. Sion
Cratevæ erucae folium, Lob. Variat hæc prout humidioribus, aridioribusve locis nascitur: illud foliis
ferè Terebinthini magnitudine: hoc triplo minoribus quamvis viribus non discrepent: sic & tenuiori-
bus foliis & simplicioribus cauliculis locis siccis reperitur. Alterum etiam est Nasturtium aquaticum
quod amarum est, & ultra cubiti altitudinem assurgit, foliis magis acuminatis, de quo & Thalius in sua
Harcynia. IV. Nasturtium pratense vulgatius. C.B. Flos cuculi, Brunf. Dod. fol. Nasturtium pratense vel
tertium, in quod aquaticum non raro degenerat Trag. Nasturtium agreste & Hiberis, Fuch. Nasturtium
syl. Lonic. Sifymbrium aquaticum alterum Matth. Tab. Sifymbrium Cardamine, Dod. gal. Lac. Sifym- 30
brium aquatico non absimilis, Cæsal. Cardamine altera, sive Sifymbrium Cardamine secundum, Lob. Le-
pidium minus, Cord. in Diosc. Iberis & Nasturtium pratense, Gef. hort. Sifymbrium Cardamine secun-
dum Matthioli. Sifymbrium Cardamine tertium Dodonæi. Cardamine altera Lobelii, Lugd. qui hujus
tres icones proponit, licet unius sint plantæ. Iberis seu Cardamantice nasturtii folio, Thal. Flos aliquan-
do totus albus, communiter leviter purpurascit: rarius flore pleno reperitur. V. Nasturtium minimum
filiqua longa. C.B. Hoc ex radice tenui, fibrosa, caules rarius palmares, sed minores, tenues, striatos emit-
tit, circa quos folia oblongis pediculis donata, pleraq; tripartito divisa, quædam tamen in partes quinq;

* V. NASTURTIIUM AQUA-
ticum minimum. *



* VI. COCHLEARIA FOLIO
subrotundo. *



vel

vel Rhefedę vulgaris modo dividuntur. Flores obtinet albos, tenues, in summo comantes, quibus succedunt siliquę longę, angustę, exiguo & subacri semine refertę. Variat ratione loci, in aquaticis namq; planis majus, in vinetis riguis Wilensibus miliari Basilea, longę minus reperitur, cujusmodi & Patavij observamus. Provenit etiam in alpihus locis humidis. Dicitur Cardamine quarta Dalechamptio, Sifymbrium aquaticum minus, Cam. apud Matth. VI. Cochlearia folio subrotundo, sic a foliorum forma dicta, quę & forma & sapore Nasturtii & Thlaspi affinis est. Cochlearia, Dod. gal. & fol. Lug. Cam. ad Matth. Telephium, Lac. Britannica Plinii, Cochlearia vulgo, Gesl. hor. Cochlearia Batava, Lob. Ex radice tenui, fibrosa, alba & gustu acri, folia pediculis oblongis insidentia prodeunt complura, lata, crassa, splendens, concava, instar cochlearis minimę profundę, quorum prima rotunda sunt, reliqua oblongantur, & nonnunquam angulosa existunt. Ex horum medio caules terni, quaterni, dodrantes, paucis foliis, quę caulem amplexantur cincti, qui in alios cauliculos brachiantur, quibus secundum longitudinem flores candidi quatuor foliolis constantes, quatuorq; exiguis filamentis donati adnascuntur: quibus succedunt capsulę interstitio membranoso tenui, in apicem desinente divisę, utrinq; semen exiguum, rufum, continentes. Hęc licet sponte in maritimis Germanię inferioris, Hollandię & Frišię, & circa Hamburgum locis palustribus proveniat, in superiori tamen Germania tantum in hortis visitur: altero a satione anno, Aprili & Majo florens, semen Junio maturans. Calida & sicca ut Nasturtium, cujus peculiaris in scorbutouso, vel in acetariis, vel cocta cum lacte aut vino, & continuę bibita.

Κρίθμον.

CRITHMUM.

CAP. CXXII.

20

CRithmum, seu, ut aliqui, Crithmon, fruticosa, & undiq; foliosa herbula est, cubiti altitudinem fere petens. Nascitur in maritimis, & petrosis: foliis pinguibus, numerosis, albicantibus, veluti portulacę, & latioribus, salso gustu: flores candidi sunt: & semen, ceu rosmarini, odoratum, molle, rotundum, quod siccatum rumpitur: habet intus tritici modo nucleum: radices digiti crassitudine, tres, aut quatuor, grati odoris, & jucundi. Radix, semen, & folia incōcta vino, potu urinae difficultati, & regio morbo auxiliantur: menses cient. Estur crudum, coctumve in olerē: servatur etiam in muria.

α Cat. πιν-
χρ. πιν. i.
crassiori-
bus.
b μαλακ.
i. lutei. Qd
lib.

CRITHMUM I.

CRITHMUM II.



Quatuor habentur genera, quorum tria Marina sunt, & quartum Terrestre. Nascitur Crithmum non modò in omnibus Tyrreni promontorii scopulis, ac rupibus, praesertim Argentario monte in maritimo nostris Senensibus, & universo circum Italiam litore, sed etiam in Adriatico sinu, ubi scopulosa, & praerupta superstant litora: quemadmodum nobis contigit videre eotractu, per quem à Timavo fonte Tergestum navigatur: namq; inibi illa scopulosa litora crithmore ferta sunt. Crithmum Romę, & in universa fere Hetruria Feniculum marinum dicitur: etsi in aliis quam plurimis Italia locis, ubi à maritimis in hortis, ac viridariis translātum virescit, herbam sancti Petri appellat vulgus. Quo nominis argumento non desunt, qui existiment plantam hanc legitimum esse Empetron libro 4. a Dioscoride descriptum inter simplicia medicamenta, quę defectoria pollent facultate. Inter hos inveno Pandulphum Collinutium in defensionibus Plinij contra Leoniceum, qui Empetron corrupto vocabulo Sanpetram herbam vocari putat, nulla habita facultatis, honestatūq; ratione. Cujus sententię maxime refragatur experientia, quod Crithmum quanquam abunde, copiosq; ingestum

Crithmi
confide-
ratio.
Fenicu-
lū mari-
num.
Quoran-
dam la-
pius, Em-
petron
cententiū
Herbam
S. Petri,
stum

stum, nec pituitam, nec bilem, nec aquam intercutem trahit, quemadmodum Empetro reddidit Dioscorides: qui propterea illud inter ea, quae alvum deiciunt, medicamenta locavit. Quomodo autem Empetron quis idem cum herba sancti Petri dixerit, si Empetron nullus aliis à Dioscoride representatur notis, quam quod nascatur in montibus, & maritimis, salso & amaro sapore? Verum enim vero non modo putandum, sed etiam pro certo, meo quidem iudicio, affirmandum erit, herbam hanc Crithmum esse. Quippe quod ea notis omnibus, quae radicibus, foliis, caulibus, ac seminibus, & universa denique planta tribuit Dioscorides, Crithmum planè referat. Caterum maritimi crithmi duo alia habentur genera. Primum, à præclarissimo viro Jacobo Antonio Cortuso mihi missum, vulgari ferè simile est, nisi quod foliis est angustioribus, & in cacumine mucronatis, atque pungentibus, salso, amariuscule & acuto sapore: caulibus verò praequantioribus, succosioribus, vegetioribusque, in quorum cacumine ramuli exeunt bini, terni quaternive, suas singuli umbellas proferentes, albis flosculis refertas, è quibus semen oritur feniculo quadantenus simile, cui radicem quoque similem profert. Iisdem provenit locis in maris litoribus. Alterum planta est fruticosa, ab una radice plures emittit caules rectos, circa quos totos folia habentur, per intervalla tamen plura ex una origine gregatim prodeuntia, longiuscula, crassa, & salso etiam gustu, sub horum exortu peculiare quoddam erumpit folium, ceteris duplo longius, è quo prope caulis cavitatem pediculus exit, è quo sex septemve folia breviora prodantur, ut ex appicta ejus imagine quispiam videre poterit. Flores fert in cacumine orbiculatos, villososque, colore pallido: Radice nititur longa, tereti, non sine aliis adnatis. Nascitur in litore maris, locis planis non clivosis.

Crithmi alia genera.

Crithmum alterum.

CRITHMUM III.

CRITHMUM IV.



Non desunt quoque, qui hanc Empetron faciant, sed ego iis haud subscribere ausim, cum plura sint, quae reclamant. Hae enim nusquam in montibus oritur, nec pota ventrem exolvit. Est & altera planta, quae non solum odore, saporeque, gustu salisuginoso atque amariuscule Crithmum refert, sed quadantenus sua ipsius facie. Hanc nos terrestre Crithmum, huius de causis appellare volumus. Nascitur haec in Bohemia copiosa, praesertim in agro Pragensi, non solum inter segetes sed in agrorum marginibus, & secus vias, ac etiam aliis in regionibus foliis longis, angustis, firmis, ternis ex uno pediculo, ipsosque longo prodeuntibus utrinque, denticulatis, falcis frumentariae modo: ceterum quae in caulium summis partibus habentur, minora, brevioraque sunt. Caulem gerit ramosum, alis concavum geniculatumque, in cuius summitate ramuli exeunt divulsi, in quibus floridæ, albicantesque sunt umbellae, in quibus postremo semen oritur parvum, oblongum, acre, & odoratum. Radice nititur sylvestri pastinacæ haud absimili, minore tamen: sapore in primis dulci, sed si diutius mandatur, acri, & odorato. Crithmi vires recensuit Gal. lib. 6. simp. med. his verbis: Crithmum gustantibus salsum quodammodo est, cum paucula amaritate, quamobrem vis ejus est exiccatoria, & absterforia: utraq; tamen imbecillior in eo est, quam in amaris. Crithmum secundum, ea omnia prestare potest, quae primum Crithmi genus, nisi quod vim aliquam incisivam habere videtur. At tertium ea omnia potest, quibus pollere cetera genera diximus. Quantum aperit, digerit, excalfacit, siccatur & mediocriter incidit. Reliquos Graeci, Crithmum item & Crithamum Latini vocant: Itali, Crithmo, Finocchio marino, & herba di san Pietro: Germani, Bacilen/und Meerfenchel: Hispani, Perexil de la mar, & Vnhas de agnula yerva: Galli, Brasille, & Fenoil marin.

Crithmum terrestre.

Crithmi vires ex Gal.

Nomina.

Crithmum duplex in secunda editione proposuit, at sequentibus editionibus secundum & quartum adiecit. I. Crithmum seu Foeniculum marinum C. B. Batis hortensis, Plinio: Cretamum marinum, Crescettio. Crithmum primum, Matth. Crithmum Matth. edit. 2. Dod. gal. Cord. in Diosc. Lac. Cast. Lugd. Tab. Crethamum marinum, Cord. hist. Crithmus marinus, Creta vel Salva marina, & Batis, Gef. hort. Crithmum marinum, Dodo. fol. Foeniculum marinum, Empetrum Rondeletio, seu Calcifraga, Lobelo Baticula, quasi parva Batis vulgò, Cæsalpino Creta marina, Lonicerò. II. Crithmum secundum, Matthiolo, Camerario, Crithmum spinosum, Dodonæo fol. Tab. Pastinaca marina, Lobelo, Lugdunensi: qui alteram

ram habet figuram nomine Tribuli marini quorundam. III. Crithmum marinum Asteris flore C.B. Crithmi marini species, Matth. editio secunda. Crithmum tertium, Matth. Lugd. (qui & Matth. & Dod. figuram habet) Cam. Crithmum Chrysanthemum, & Aster atticus marinus quibusdam, Dod. fol. Litto-
reum Chrysanthemum, Lob. Crithmus secundus, Tab. IV. Crithmum quartum, Matth. Castrenf. Tab. Cam. qui an *apion* sit Tralliani dubitat: Crithmus agrestis, Trago. Eryngium montanum recen-
tiorum, alterum Lob. Eryngium quartum, Dod. fol. Ammi quorundam Dalechampii, Lugdunensi.

Kerens.

CORONOPUS.

CAP. CXXIII.

10 **C**oronopus oblonga herbula est, per terram strata, filis foliis: coquitur in olera. Radicem habet te-
nuem, adstringentem, qui in cibo celiacis facit. Provenit in aggeribus, & locis incultis, & secus vias.

I. CORONOPUS.

II. CORONOP. SIVE SER-
pentina.

Varias, ac diversas reperio eorum fuisse sententias, qui non parum laboris, ac studii impenderunt, ut plantarum histo-
riam a mendis omnibus expurgatam, pristina ac propria redderent integritati, in investigando, quamam inter tot
plantas legitime Coronopus dici possit. Quorum unus extitit Nicolaus Leonicensis, vir quidem ingenio, & doctrina praecla-
rus, qui longa verborum serie hac de re scripsit, conclusitq; tandem, Coronopum eam herbam esse, quam ipse vernacula
sua lingua Capriola, nos vero nostra Sanguinella appellamus, quod eam pueri astat & naves indant, ut inde sanguinem e-
liciant. Verum cum ejus sententiam minime probandam existimaverit Manardus Ferrariensis, hac in re magis Dioscoridi
addictus, quam Plinii, ac Theophrasti placitis, qui Coronopum inter aculeata recensent, his magis ad stipulandum es-
se judicavit, qui volunt Coronopum Dioscoridi eam esse herbam, qua vulgo dicitur Herba stella, omnibus Italiae hortis vul-
garis, ac admodum frequens, sponte etiam in aggeribus, locis incultis, & secus vias nascens, quod in aeternis passim usurpe-
tur, quam is, qui Capriolam, sive Sanguinellam dictam Coronopum esse censent. Quandoquidem haec nusquam, quod sci-
am, in cibis sumitur, sed in brutorum tantum venit pabulum. Nec desunt praeterea, qui firmiter asseverent, quod quae inter
plantas vulgo nonnullis Pes corvinus vocatur aliquibus verò Pes gallinaceus, quae utuntur nonnunquam medici ad exulceran-
das corporis particulas, ubi id exposculet necessitas, legitime sit coronopus. Inter quos non modò deprehensi sunt commenta-
tores Avicenna, quos nullam rei herbariae peritiam habuisse constat, sed & recentiorum quidam, praesertim ex eorum nu-
mero, qui de stirpium historia, & facultatibus scripsere commentarios: Namq; Otto ille Germanus cognomine Brunfel-
sius, tametsi non ignoraret, eos a probatissimis viris refelli, qui in hanc venerunt sententiam: tamen (quae multorum est
pertinacia) maluit cum rei herbariae imperitis errare, quam cum doctis, & peritis rectè sentire. Quippe Pes corvinus vulgo
vocatus (ut in sequentibus suo loco disceremus) Coronopus non est, sed proculdubio Ranunculus, qui Græcis *βότρυς* appel-
latur, cujus varia Dioscoridi produntur species: inter quas vulgaris Pes corvinus suam retinet sedem. Quod autem Leoni-
ceni Capriola Coronopus sit Dioscoridis, ego quidem cum Manardo nunquam affirmaverim. Nam etsi gerat hac herba in
sui culmi fastigio quing, veluti graciles spicas, quae cum manibus dilatantur, cornicis, vel alterius volucris formam pedis
representant: cum tamen (ut etiam Manardus inquit) in hominum cibum non expetatur, folio exeat nullis incisuris dis-
secto, non feratur in hortis, & arida tanquam scenum assurgat, nullo pacto asserendum censéo Capriolam esse Coronopum.
Ceterum si modo quis in eo Plinium sequi velit, quod dixerit libro vigesimo i. cap. 16. (quod tamen ex Theophras-
to sumpsit) aculeata arum caules aliquarum per terram serpere, ut ejus, quam Coronopum vocant, frustra, meo quidem
judicio

Coronop-
pi consi-
deratio.Capriola,
Coronop-
pus Leo-
niceno,
Herba
stella.Quorun-
dam opi-
nio dam-
nata.Brunfel-
sius taxa-
tur.Leonice-
ni opinio
reproba-
ta.

Gramen
aculeatū
Plinii.

judicio, probare contendet Sanguinellam, sive Capriolam esse Coronopum, quod ejus caulis culmi modo geniculis interse-
ctus, humi minimè repat, sed rectus in altum assurgat, & culmorum in morem spicas ferat. Verum eos non aberrare put-
verim, qui dixerint Capriolam hanc aculeatum esse gramen, cujus meminit Plinius lib. 24. cap. 19. his verbis: Sant qui &
aculeatum gramen vocant trium generum, cum in cacumine aculei sunt plurimum quini, dactylon vocant. Hos convolu-
tos naribus inserunt, extrahuntq; sanguinis ciendi gratia. Neq; usquam, quod equidem legerim, expreſſit Plinius (ut Ru-
ellius testari videtur) gramen hoc aculeatum esse coronopum. Illud præterea animadvertere oportet, quod Dioscorides non
scribit Coronopum aculeatam plantam esse, neq; eum inter aculeatas libro tertio recensuit, sed hic inter olera, qua in ci-
borum usum veniunt. Quamvis contrarium fecerit Theophrastus, quod fortasse ad foliorum formam alluserit, qui laci-
niarum tenuitate coronopo aculeata videntur, cum tamen pungere non valeant, ut cum acanthinis fortasse lufit Dioscori-
des. Quare facile adducor, ut credam, Coronopum tam Theophrasto, quam Dioscoridi idem esse. Ideoq; Plinius libro 21. 10
Theophrastum secutus, Coronopum aculeatum facit: libro verò 22. Dioscoridem fortasse imitatus, aculeorum haudqua-
quam meminit. Sed & illud silendum non duximus, quod ex illo graminis genere, quo pueri ludentes sanguinem è naribus
eliciunt, Sclavi Carniola incola, item Goritienses semen colligunt, deglubuntq; in pilis, & milii, vel panici modo carni-
um jure decoquunt, granulis oblongiusculis panico minoribus, gustui non ingratis, aded ut Germani Himmeltaw vocent,
hoc est. celestem mannam. Hujus plantam (cujus inferius libro quarto inter gramina mentionem faciemus) Sclavi corni-
cus pedem appellant. Quo fit, ut quasi certò crediderim, quod Leoniceus ab eis fortasse doctus, putaverit hanc plantam esse
Dioscoridis Coronopum. Qui cum Coronopum scribat spinis nullis rigere, seriò, in hortis in ciborum usum, eos nihil falli
existimaverim, qui nobiscum senserint eam plantam legitimum esse coronopum, qua vulgò nobis Herba stella vocatur.

Corono-
pi histor.

Nempe nullam hæcenus plantam vidi, qua perinde ac illa adamusim Coronopum referat. Coronopus itaq; folia fert lon-
ga, angusta, per intervalla corniculata, humi accubantia, & in stella modum radiantia, caulem, spicam, florem, & semen 20
gerit per omnia plantagini similia, aded ut nulla ferè accedat notarum differentia, radice nititur unica tantum, numero-
sissimum adnatæ capillamentis, foliorum sapor plantagini omnino est: quo fit, ut crediderim Coronopum ejusdem esse

Corono-
pi Sylve-
stris men-
tio & vi-
res.

generis. Invenitur quoq; Coronopus sponte nascens diluto extenuatq; solo in comitatu Goritiensi, non longè à Sonii flu-
minis ripis, & aliis etiam in agris & in loco, qui dicitur in collibus. Folia fert tenuiora, capillacea, rariusculè cornicu-
ta, humi accubantia: caulibus, spicis, floribus, semine, hortenſi similibus, sed longè tenuioribus. Eam inibi vulgò Serpenti-
nam appellant, quod ejus radix in vino pota viperarum, aliorumq; venenosorum animalium morſibus maxime adverte-
tur, sitq; præcipuum remedium, ita ut ipsa sola (quod equidem experientia compertum habeo) liberet demorſos. Præfe-
runt eam quoq; ad hydropem, quam Anasarcam vocant, epoto apozemato pluribus diebus, in quo radix conserbuerit. Sunt
qui hanc Holostium esse censeant, quorum non possum non probare sententiam, ut libro quarto fusius disseram. Coronopi

Corono-
pi vires
ex Gal.

vires paucis perstrinxit Galenus libro 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Coronopodis radix caliacis prodesse 30
creditur manducata. Ejus nomen Græcum νογώνιον, item & Latinum Coronopus: Italicum, Coronopo, & Herba stella:
Nomina. Germanicum, Kräusenſſig: Hispanicum, Gujabelha: Gallicum, Capriole. Gallis, Corn de Cerf, sive Sanguinaire, Coronopus
sylvestris, Italis, Herba stella salyatica, at peculiariter Goritiensibus, Serpentina vocatur.

I. SONCHUS ASPERA.



Coronopus seu pes cornicis à foliorum forma, Ga-
za apud Theophrastum 7. hist. 9. Silaginem vertit.
I. Coronopus hortensis. C.B. Coronopus, Trag. Matth.
Fuch. Lac. Lon. Lob. obser. Lugd. Cæsalp. Tab. Pseu-
docoronopus, Dod. gal. Coronopus fativa, Cord. hist.
Caſt. Cam. Coronopus vera, Gef. hor. cui & stella her- 40
ba: Herba stella five cornu Cervinum. Dod. fol. Cornu
Cervinum, Lob. icon. Hujus habetur sylvestris speci-
es foliis hirsutioribus, & ad Erucæ similitudinem laci-
niatis. II. Holosteum strictissimo folio majus C.B. Co-
ronopus sylvestris, Matth. edit. secunda & in icon.
Lob. icon. Caſt. Lugd. Tab. Coronopus five Serpenti-
na, Matth. Coronopi sylvestris species, Gef. hor. Ser-
pentina, Matth. Ital. Lob. obser. Dod. fol. Coronopus
montanus, Cæsalp. Plantago marina, Camerario.

Σόνχος.

SONCHUS.
CAP. CXXIV.

50

Sonchi duo genera. Sylvestrior quidam est, & ma-
gis spinis horret. Alter teneritate quadam molle-
ſcit, cibis expetitus. Caule constar anguloso, & inani,
interdum rubente: foliis in ambitu per intervalla dif-
ſectis. Utriusque vis refrigerat, modice adstringit: unde
æſtuanti stomacho, & inflammationibus illi profunt.
Succus eorum stomachi roſiones ſorbitione mitigat: 60
lac elicit: in vellere appositus, ſedis, ac vulvæ collectio-
nibus opitulatur. Tam herba, quam radix illi, vibra-
tis à ſcorpione ictibus ſubvenit. Alter Sonchus teneri-
or, arboris inſtar eſt, laris conſtans foliis: caulem in ra-
mos exeuntem folia diſtingunt, ſed ad eadem pollet.

Sonchi
conſider.
& genera
duo.

Sonchus in Hetruria, ubi Latinum nomen adhuc perdurat, Cicerbita vulgò vocatur. Viſantur in hortis, campis, & vi-
neis, agri inculti & ſecus itinera, duo ſonchi genera alterum aſperum, alterum lave. Folia utrag; ſonchus proſert
cichorii modo laciniata, qua quidem in aſpero criſpa, aſpera, & pungentia, ſubrubbya, habentur: in lavi verò levia, &
ſpinis nullis rigentia. Hujus duo habentur genera, qua tantum foliis aliquatenus diſſerunt, nempe eorum alterum laviorib.
habe-

II. SONCHUS LÆVIS.

III. SONCHUS LÆVIS ALTERA.

*IV. SONCHUS LÆVIS
cæruleus.*

habetur foliis, minus quoque laciniatis, ac etiam magis exten-
fis. Omnibus caulis est cubitalis, intus vacuus, mollis, fragilis,
lacte prægnaus, & plerumque rufescens. Flores gerit in caulium
summitate melinos, senetioni haud absimiles, qui deinde in
pappo evanescent. Sed tertium illud genus, de quo in fine ca-
pituli differunt Dioscorides, non solum non invenitur in Italia,
ubi non recordor me haecenus vidisse plantam, qua Sonchum
arborescentem referat, sed neque etiam de eo quicquam, quod
equidem legerim, memoria prodiderunt Theophrastus, & Pli-
nius. Soncho nostri Itali utuntur hyeme in acetariis praesertim-
que ejus radicibus quae cum tenera sint, mansue, dulces, frequen-
ter mensis expetuntur. In vino decoctus stomachi fluxionibus
medetur. Lacteus liquor à caule emanans, datur potandus
agere spirantibus, & asthmaticis. Idem auribus instillatus dolo-
rem tollit, & praesertim in malicorio cum oleo decoctus. Stran-
guriam quoque sanat cyathi mensura unciæ pondere potus. Com-
manducata folia oris graveolentiam tollunt. Sonchus lœvis
non differt à primo genere, siccus in facultatibus. Sonchi vires
nobis descripsit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum,
his verbis: Sonchus ubi adoleverit, ex spinosis plantis est, cate-
rum viridis etiamnum, & tener estur, perinde ut cetera olera
sylvestria. Temperamentum ejus quodammodo mistum est:
constat enim ex aquea, terreaque essentia, utraque leviter frigida.
Nam & adstrictionis cujusdam est particeps: & sive cataplas-
matis in morem illinatur, sive edatur, manifestè refrigerat:
postea verò quàm planè reficcatus fuerit, terrestris ejus tempera-
mentum redditur, modicam habens caliditatem. Συκχος sic
Græcè, ut etiam Latine Sonchus appellatur: Italicè, Soncho,
Cicerbita seu Crespine: Germanicè Wilder hasenfol, Genß,
distel: Hispanicè, Serraya, & Serallha: Gallicè, Latteron, & Pa-
lan au lievre, Sonchus lœvis, Italis, Cicerbita gentile.

Sonchi vi-
res Mat-
thiolo.Sonchi
vires ex
Galen.

Nomina.

† Hec dictio νερός, qua vacuum, & inanem significat, hic
non legitur in vulgatis Græcis. Sed tamen eam habent vetusti codices, quibus etiam ad stipulatur Oribasius. Ergo non erit,
ut aliqui putant, ex Plinio duntaxat reperta.

Sonchus ἀνὰ τὸν ὄψον χεύει, quod salubrem fundat succum, qui rosiones stomachi lenit, caule nam-
que

Kk

que

quæ dissecto, copiosus succus lacteus defluit. Dividimus in asperum & lævem: utrumq; in laciniatum, & non laciniatum. I. Sonchus asper laciniatus. C. B. Sonchus aspera, Matth. (sed in iconibus figura transposita) Gef. hor. Lac. Cast. Lugd. Tab. cui & Cicerbita aspera, Endivia sylvestris, Lonic. II. Sonchus lævis laciniatus primus. C. B. Intybus sylvestris seu erratica altera, Trag. Sonchus lævis, Matth. Gef. hor. Cast. Dod. fol. Thal. Sonchus non aspera, Fuch. Sonchus tenerior non aspera & lactuca leporina Apuleij Dod. gal. Sonchus lævis vulgaris, foliis laciniosis dentis leonis, Lob. Sonchus lævis laciniatis foliis, & Sonchus lævis & Andryala minor Dalechampi, Lugd. qui tres habet icones. Sonchus lenis aut lævis, Cord. hist. Sonchus in collibus umbrosis, Cæs. Sonchus lævis alter flore luteo, Tab. Flore est luteo: aliquando & niveo reperitur. III. Sonchus lævis alter vel lactuca murorum lutea. C. B. Intybus sylvestris tertius, Trago. Lactuca sylvestris luteo flore, Gef. hor. cui & Sonchus arborecens Dioscoridis 10 & Sonchi genus læve dicitur. Lactuca sylvestris cujus Galenus meminit, Anguil. Lactuca montana, Cæs.alp. Sonchus alter folio profundis laciniis sinuato hederaceo. Lob. Sonchus sylvaticus quartus, Tab. Videtur esse Sonchus lævis altera Matth. Castoris, & Lugdunensis. IV. Sonchus lævis laciniatus cæruleus. C. B. Ex radice crassa, oblonga & obliqua candicante, dura & veluti internodiis distincta, ob multas veterum caulium extuberantias, circumquaq; fibrosa, quibus tenacissime terre adhæret, caules exurgunt cubitales & altiores, rubicundi, rotundi, hirsuti, striati, fistulosi: quos cingunt folia lata profunde laciniata, per ambitum dentata, in mucronem desinentia, latiore pediculo caulem complectentia, subtus leviter incana, lactescentia: in summo caule flores complures, purpurascensibus & subhirsutis pediculis insidentes, Cichorei forma plurimis foliolis laciniatis, à cæruleo ad purpureum inclinantibus, aliquando elegantissime cæruleis, qui in pappos cum semine exiguo cinereo evanescent. Hic in Alfatia 20 montibus altissimis, Julio & Augusto floret, semenq; profert. Dicitur Sonchus lævis flore cæruleo, Clus. Pan. Sonchus flore cæruleo & Sonchocichorium, Cam. ad Matth. Sonchus lævis quartus flore cæruleo, Tab. Intybus *πλατύφυλλος* Hircynica, Thalyo.

Σέρη.

SERIS, SIVE INTYBUS.

CAP. CXXV.

Seris duum generum est. Altera sylvestris, quæ picris & cichorion vocatur. Altera fativa, latioribus foliis constat, stomacho quàm hortensis utilior. Quæ iterum in duas species digeritur, una folio latiore prodest, lactucarum simillima: altera angustiore est folio, & gustu amara. Utraq; refrigerat, & adstringit stomacho utilissima: alvum sistit cocta, si cum aceto adsumatur. Sylvestres stomacho meliores: quando- 30 quidem æstuantem ipsum, & quem imbecillitas vexet, cibo leniunt. Cardiacis per se, aut cum polenta, utiliter illinuntur: podagris, & oculorum inflammationibus auxilio sunt. Herba cum radice illita, percussis à scorpione subvenit: igni sacro cum polenta medetur. Succus cum cerusa, & aceto, valet ad illitus eorum, quæ refrigerationem desiderant.

I. INTYBUS MAJOR.

II. INTYBUS MINOR.



Quoniam

Quoniam in Græcis vulgatis codicibus initium istius capituli & in verbis nonnullis, & in Seridis generibus deprava-
rum, & confusum legitur: ideo ex libro Oribasii simplicibus dicato, atq; etiam ex antiquissimis Dioscoridi codici-
bus manuscriptis, illud legitime, & ordinatè legendum putamus, hoc modo. Σίσις ἄγρια, καὶ κοινὴ, ὅτε ἡ μὲν ἀγρία θύσσῃ, ἡ
κοινὴ γὰρ πικρὴ, ἢ ἠδονήσας καλεῖται· ἡ δὲ ἡμῶν παλαιοτέρη, ἢ εὐνομιότερα τῇ νοσήσει, τὴν δὲ κοινήν διὰ τὸν ἐπὶ τοῦ
ἡμῶν γὰρ ἐστὶ θεοκλήου ἀγρία, καὶ παλαιότατη, ἢ δὲ τροφιότατη, καὶ ἐπισημότερη: id est, Seris sylvestris, & hortensis. Sylve-
stris quidem duplex: altera pictus, qua & cichorion vocatur: altera sativa latioribus foliis & ori gratior, quam hortensis.
Hortensis vero duplex genus: una folio latiore, lactuca similior: altera folio angustiore, & gustu amara. Huic lectioni
maximè adscriptulatur Serapio, quippe qui ex Dioscoride tot habeat sylvestris Seridis species, quot domestica. Id quod etiam
ex usu clarissime patet, cum tam sativa, quam sua sponte nascens Seris quotidie sit præ manibus, & sumatur in cibis.

10 Sativa quidem ubiq; ferè in Italia in hortis colitur. Major provenit folio erratica ampliore, levioresq; lactuca simili,
ab hortensi angustifolia Seride non longè dissimilis, caule bicubito ali, brachiato: floribus catuleis, Cichorei similibus, semine
parvo, oblongoq;. Unica nititur radice, ipsaq; villosa, quin & ori erratica gratior. At intubus minor, folia gerit alterius
longiora, angustiora, humi accubantia: caulibus est tenuioribus: radice verò, floribus & semine majori per omnia simili-
bus, nihilq; differt suis in facultatibus à majore. [Quinetiam sylvestris duæ species, quarum alteram Scariolam minorem
five Cichorium sativum: alteram quidem sylvestre Cichorium & picrin ab amaritudine vocant. Sativa foliis exit latior-
ibus sylvestri, minori sativoq;. Intubo minoribus, angustioribus tamen atq; brevioribus, minusq; per ambitum laciniatis,
sed caule & flore similibus. Radicem habet pedali longitudine, alba intus pulpa: teneram & subamaram. Seritur passim
in hortis. Sylvestris verò Intubus] quæ spontè provenit [in agris incultis, in pratib; & secus itinera] passim serme virescit,
foliis in ambitu longè magis laciniatis, sonchi aspera modo incisus, & in summitate sagittæ insar acuminatus: rubea per
medium excurrente costa, amaro sapore: caulis est illi durus atq; lignosus, flores à ceteris generibus haud absimiles, quem-
admodum & semen. Radice nititur domestica duriore, amarioreq;. Tiresia caciore sunt, qui Hieracium, & sylvestrem
lactucam, Intubum sylvestrem faciunt.] Sunt qui pro certo habeant, Scariolam à domestica latifolia Seride nihil differre,
quod ita esse comprobeat Serapionis scriptura. Alii Scariolam vocant alteram domesticæ speciem, quæ angustiore est folio,
& gustu amarior. Sed animadvertendum est, Scariolam in Serapione, Serapionis non esse, sed interpretis, cui nulla, mea
quidem sententia, in hoc facit adhibenda fides. Quippe cum sciverit is Scariolam corrupta à barbaris voce, nil aliud
significare, quam Seriolam, Serimq;, non aliud esse Græcis, quam Latinis Intybum, hujus generis latifolium (perperam
tamen) Scariolam appellavit. Quæ in re eorum equidem sententiam magis laudaverim, qui angustifoliam Serim, quod
latifolia fit minor, Scariolam, seu potius Seriolam, ac si parvam Serim dixeris, vocant: tamen si sylvestrium quoq; gene-
re, ea etiam Seriola dici possit, quæ passim in hortis colitur, quod domestica Seriola non longè sit dissimilis. Omnes itaq; in

30 Italia vulgaris sunt notitiæ, quod nostratibus mensis frequentissime in acetariis apponantur. Quamobrem olitores hæc hye-
me terra & sabulo in hortu obruant, quoniam hoc artificio mirum in modum albescunt, & tenerrima evadunt, & in to-
tam asservantur hyemem; artem hanc à natura edocti, quod viderint sæpius in campestribus Cichorium aquarum inun-
dationibus terra, vel arena obrutum & tenerrimum, & candidissimum reddi, exuta omni ex parte amaritudine. Est quo-
que tertium INTYBI HORTENSIS genus, amplo, foliosoq; cespite proveniens, foliis magnis, sed ubiq; in ambitu cri-
spis ac simbratiis, caule ceteris majore, crassiore tenerioreq;, in acetariis expetitum: reliqua cum ceteris paria sunt. Seritur
in hortis ab olitoribus, quod admodum in acetariis in canis placeat. Verum quamvis afferat Dioscorides sylvestrem In-

Seridis si-
ve Intybi
confid.

Diosco-
rus recti-
tus.

Scariola
quæ sit.

Intubi
crispæ
mentio.

Seridis si-
ve Intybi
confid.

Dioscori-
cus testi-
catus.

Scariola
quæ sit.

Intubi
crispz
mentio.

III. INTUBUS CRISPA.

IV. CICHORIUM DOMESTICUM.





VIII. CICHORIUM CONSTANTINOP.

Aphaca
intubi
sylvestris
species.Dens
Leonis
seu Ambu-
beja.Ambu-
beja vi-
res Matt.Seplasia-
riorum
neglẽ-
tia Hieracium
pro
Endivia
fumen-
tium.

tribus Cichorion ubiq̃, frequentissimum, harum plantarum loco modò hieracium, modò sylvestrem lactucam suo lacte refertam subijciunt, atq̃, ex iis aquam quam nomen de Endivia mentiri faciunt, suis plumbeis eliciunt organa, quod maxime detestandum est: nam et si hieracio sylvestri què lactuca vis frigida insit, tamen præterquam quod nullam cum jejuniore habeant convenientiam, lac, quo eo potissimum tempore turgent, quibusdam suis partibus caloricum adde est, ut linguam

tybum, quemadmodum & sativum duorum tantum esse generum, Chondrillam tamen, cujus historiam ipse sub duplici specie sequenti capite describit, inter Cichorij genera esse reponendam, nemo est qui ambigat. Quemadmodum & tertiam illam, qua Theophrasto lib. 7. cap. 11. de plantarum historia Aphaca vocatur. Hac enim illi ingustabilis, & amara est: festinanter hac florer, sed celeriter flori senescit, atq̃, in pappos evanescit: tum alius iterum provenit, atq̃, iterum alius, idq̃, tota hyeme, vereq̃, toto usq̃, ad æstatem facitatur. Flos melini speciem gerit: hac ille. Huic per omnia in univsum respondet, qua nonnullis DENS LEONIS, alius Dens caninus, quibusdam Caput monachi, aliquibus Rostrum porcinum, pleriq̃, verò Ambubeja vocatur. Tametsi Plinio Cichorium ipsum propriè Ambigua, vel Ambubeja dicatur. E terra prodit hac herba, in ipso statim veris initio, foliis cichoraceis, frequenter laciniatis, in sagitta modum desinentibus, humiq̃, accubantibus: caule palmari, rotundo, glabro, subrubente, intus concavo, lacteo succo pregnante. Flore luteo, folioso, quo decedente subcrefcit papposum caput, & admirabile natura ludentis opus, quod tandem spirante vento efflatur in auras. Radicem habet Cichorio proximam, lacteo succo plenam, sed longè amariorem. Provenit in hortis, in campis, prope sepes & in ruinosis edificiorum muris, quin etiam in vineis, pratis & viridariis: adstringit, roborat atq̃, abstergit, magis quàm utrumque Cichorium. Cocta stomachum dissolutum adstringit, cruda verò alvum sistit: eadem dysentericis auxiliatur, sed magis cum lente decocta: succus potus prodest quibus genitura effluit. In aceto decocta urina tormina discutit. Universa planta decoctum potum auxiliatur regio morbo laborantibus. Tradunt Magi succo totius cum oleo perunctis favorem conciliari, eosq̃, facilius impetrare quæ volunt. Sed profectò maxima est seplasiariorum multorum negligentia, atq̃, ignavia, qui cum in hortis numerosissimum, præstantissimumq̃, habeant Intybum, & in campe-

IX. ZACINTHA, SIVE CICH.

verruc.

X. CYANUS MAJOR.



CYANUS MINOR.



60

linguam exurat, ac vellicet: quibudam verò adeò somnificum, ut non desint, teste infra Dioscoride, qui illud meconio permisceant. Est & alia Cichoracei generis planta, quam quidam Zacyntham vocare, nobis autem ab effectu CICHORIUM VERRUCARIUM appellare libuit. Radice hac nimitur rapunculi figura, subnigricanti colore, adnatis circumquaq; capillaceis fibris. Folia habet Cichorij, verum paulo asperiora ac minus laciniata. Caules edit cubitales, & quandoq; majores, tenues, asperiusculosq; in quorum summitatibus flores oriuntur aurei, cichoracea specie, quibus flaccescentibus semen remanet subnigrum, capituli instar, circumquaque secundum longitudinem secti striatim, melopeponis modo. Provenit in campestribus, & à nonnullis quoq; seritur in hortis & scitilibus, in medicum usum. Mira hujus planta facultas est ad tollendas verrucas. Siquidem scimus nos nonnullos quorum manus verrucis admodum numerosis scatebant, sanatos esse, devoratis in acetario semel tantum hujusce Cichoraceae plantae foliis. Idem praestat ejus semen, tribus diebus drachma pondere à cena devoratum, dum se cubitum recipiunt verrucosi. Hoc velim acceptum referant rei plantaria studiosi Francisco Calzolari Pharmacopaeo Veronensi, qui plantam ad me unà cum facultatibus misit. Ceterum aliud CICHORII genus, CONSTANTINOPOLI allatum, misit ad me Vienna, Clariss. Augerius de Bubecke Flander: Folia per omnia cichorio sylvestri similia sunt: caules edit glabros, tenues, in quorum summitate stios erigat aureus, numerosis foliis stipatus, qui tandem in pappos evanescit, radicibus numerosis Asphodeli modo dependentibus, siliquarum serè raphani figura. Cujus imaginem, ob rei novitatem, hic appingi curavimus. Nascitur, ut audio, in pratis & herbosis locis. Etsi haec hujusce plantae facultates nemo mihi aperuit, crediderim tamen à ceteris Cichoraceis, suis in facultatibus

Cichorij
verruca-
rij mētio
& vires.Verruca-
rix facultas.Cichor.
Constantinop.

ipsam minime dissentire. Sunt praeterea qui Intybaceo generi herbā adscribant, quae à flore cyaneo CYANUS Plinio dicitur aliquibus verò vulgò Battifecula, vel Battisucere, nobis autem fior Campese, quod in campis inter segetes, Majo & Junio mensibus numerosum proveniat, expetitur hic maxime rusticanis puellis, suis contexendis coronis, quibus per astatem ca-

Cyan
mentio
ex Plin.

Kk 3

pnt

* CYANUS MINOR FLORE
multiplici. *Cyanus
duplex.Cyanus u-
triusq; vi-
res Mat-
thioli.Intybi &
Cichorii
vires ex
Galeno.

put & tempora cingunt. Sed quibus notis, quibus variationibus inter Intybacea annumerari possit, quid dicam, non habeo. Duum est generum majus, & minus. Hoc frequentius in campis habetur, folio longo, piloso, albicante, barbulis quibusdam dissecto. Caules edit plures, bicornitales, lanuginososq; atq; foliis minoribus refertos, floribus in cacumine caeruleis, in ambitu crenatis, squaroso & calyce prodeuntib. Radice nititur unica, sed fibrosa. Majus latoribus provenit foliis, albioribus, pilosioribus, & nulla in parte divisus, ut in lychnide. Vegetiores quoq; habet caules, albicantioresq; breviores tamen & flores longe majores & patentiores quam minor. Florum color cyaneus caeruleusve spectatur, soliosus, & in crista modum extremis oris laciniatus, calyculis, & quibus prodeunt squamosis ac subasperis. Nascitur in montibus frequentius, quam in campestribus. Hujusce vim nullus antiquorum, quod sciverim, scriptum mandavit: quanquam Placentinus, quod affirmaverint aliqui cyanum pestilentibus morbis propria dote adversari, suo de Cichorea serapio, quod ad Pestilentes febres maxime commendavit, Cyanum etiam inseruit. Majoris pulvis datur utiliter ab alto devolutus & sanguinem rejicientibus, ex aqua plantaginis, aut portulacae, aut majoris symphyti, aut equiseti: succus illius recentia vulnera glutinat, & oris ulcera sanat. Minor ea omnia prestare potest etiam valentius, quae de majore dicta sunt: peculiariter tamen hujusce folia, sive semen, ex vino decocta, & hausta, auxiliantur à Scorpione, phalangioq; iclis: quin etiam omnibus venenis resistunt. Praestat quoq; tota planta ad pestilenciales & perniciosas febres. Succus illius oculorum inflammationes tollit. Intybi & Cichorii vires recensuit Galenus libro 8. simplicium medicamentorum, sic inquit: Intybus olus est subamarum, & magis quod agreste est, quod ob id ipsum picrida, hoc est amarum, quidam nuncupant, quidam vero Cichorium appellant. Est autem ea sicca frigidaq; temperatura, utrumq; secundo excessu. Porro domestica magis etiam quam agrestis refrigerat. Sed & humiditatis multa admixtio siccitatem

extinguit: verum utraq; adstringentis qualitate est particeps, velut & chondrilla: nam & ipsa est seridis, seu intybi species. Et libro 8. de compositione medicamentorum secundum locos: Cichorium, inquit, & Seris cibarii generis existunt: apud nos namq; rurales ambo haec edunt & cruda, & cocta. Facultas horum olerum subfrigida est & subamara, ac moderate adstringens: & propter has qualitates, optima pharmaca calidis intemperaturis ipsius hepatis existunt. Ultra hoc enim, quod moderate refrigerant, amplius & robur visceri addunt per adstrictoriam facultatem: insuperq; commissuras osculorum venarum in sima visceris parte ad eas, quae in gibba sunt, extergunt. Neq; vero frigidas intemperies magnopere laedunt, quemadmodum quae frigidam humiditatem absq; adstrictione, aut amaritudine possident, facere solent. Juvare etiam viscus talium olerum substantia potest, etiam si extra serosorum, aut aliorum humorum vitiationem intemperies fiat per se, & cum humiditatis cujuscunq; complexu: ex mixtura enim mellis humiditatem per urinam educunt. Quapropter etiam si siccata tusa, quis potioni inspergat, idem juvant. Quin & decoctorum decoctum potatum multum commodi affert. Si vero non calida aliqua intemperies infuset, aut si obturatio quaedam sit circa viscus, magnopere auxiliantur ex vino albo tenui potata, cum hujusmodi urinam ciunt. Utilis autem non solum succus ipsorum est tunc recens, tum exiccatus, sed & ipsa olera exiccata, tusaq; ac trita potui inspersa, & eorum decoctum in potu acceptum, auxiliantur. Cichorium domesticum, eadem omnia potest, quae domestica intubus, ea tamen siccior est, & magis extergens, Sylvestre iisdem pollet viribus, quibus cetera genera pollere diximus. Verum cum plus amaritudinis habeat, magis quoq; abstergit.

Nomina.

Plant. quae viget Graecis, Intybus sativus Latinis dicitur: Mauritaniis, Dumbabe, Aundebe, seu Endoba. Italis Endivia: 50 Germanis Endivien: Hispanis Endivia: Gallis Endivie. Intubus minor, Graecis *Ἰντύβος* *μικρὸς*: Italis Endivia minore: Officinis Scariola domestica. Intubus crispa, Italis, Endivia Crespa. Quae vero *Ἰντύβος* *ἡ πλατὺς* Graecis, Intubus sylvestris & Cichorium domesticum Latine: Hetruscis, Torna sole: Italis ceteris, Cichoria domestica: Germanis *Begweiss* & *Begwurz*: Hispanis *Almerones* & *Cichoria*: Gallis *Cichoree*. Officinis, Scariola minor. Sylvestris intubus, Graecis *Ἰντύβος* *ἡ μεγάλη*: Italis *Cichoria salvatica*: Germanis *Wild Begwurz*. Dens leonis Graecis praesertimq; Theophrasto *Ἰντύβος*: Italis *Dente di Cane* & *Piscia al letto*: Germanis *Waffenblat* & *Münchsfopff*: Officinis, Taraxacon, & caput monachi, ac nonnullis rostrum porcinum & Ambubeia. Cyanus major, Graecis *Ἰντύβος*: Italis, fior Campefe, fior Aliso, & Battisnocera: Germanis *Kornblum*: Officinis *Batiscula*.

I. Endivia vulgaris latifolia. C.B. Serii domestica latifolia Dioscoridis: Intubum & Seris hyberna Plinii: an Hypochæris apud Theophrastum, quam vocem Gaza Porcelliam reddidit. Intubus major, Matth. 60 Intybum sativum latifolium, Fuch. Dod. gal. Lob. ob. Lugd. Intybum sativum, Cord. in Diosc. Dod. fol. Intybum latifolium Italicum, Cichorium sativum, Endivia, Seris. Gef. hor. Intybus horrensis, Lac. Intybus sativa major, Cast. Tab. cui & Cichorium domesticum. Seris sive intybum sativum latifolium. Endivia & Scariola, Lob. icon. Endivia vulgo Cæf. Endivia hortensis. Cam. floribus est caeruleis, rarius candidis. II. Endivia angustifolia C.B. Intub. minor Matth. Intybum sativum angustifolium, Fuch. Dod. gal. Lugd. qui iconem habet & Matthioli & Fuchii. Intybus horrensis alter, Lacu. Intybum angustifolium quod Scariola aliquibus. Gef. hor. Intybum minus album. Tab. Cichor. sativum, Cord. hist. Cichorium angustifolium. Lonic. floribus est caeruleis, aliquando albis. III. Endivia crispa. C.B. Intubus crispa Matth. Tab. Intubum crispum, Lacu. Endivia Romana crispa, Cam. IV. Cichor. sativum C.B. Lob. icon. Tab.

Tab. Cichoria fativa, Trag. Cichor. domesticum, Matth. Cast. Cichor. fativum latifolium, Lon. Cichor. hedipnois Lac. Cichor. latioris folii, Dod. fol. Seris fativa, Lob. ob. Intubū sylvestre latifolium, Lug. Flo-
re albo & cœruleo variat. V. Cichor. officinarum seu Picris, ob insignem amaritudinem. C. B. Solsequium
Brunf. & Cichorea. Cichorea cœrulea, Trag. Cichorium sylvestre, Matth. Cast. Dod. fol. Cichorium a-
greste, Lon. Cichorium Lacu. Cord. hist. Tab. cui & Intybus erratica. Cichorium, Cæsalp. Intybum syl-
vestre, Fuch. Dod. gal. Cord. in Diosc. cui & Ambubeja officinarum. Intybum agreste, Gef. hor. Intu-
bum sylvestre angustifolium, Lugd. cui & Hypochœris Dalechampi, duas habet icones. Seris sylvestris,
Lob. ob. Seris piris, Sylvestre cichorium, Lob. icon. Flore est cœruleo, candido, roseo: aliquando ipsius
caulis quatuor digitorum latus est, quod etiam in Anchusa, Echio & Beta observavimus. VI. Cichorium

10 SPINOSUM, planta est sesquipalmum non superans: ex radice enim oblonga, albida, mediocriter cras-
sa caulem emittit durum, lignosum, qui mox in mul-
tos ramos latè se diffundentes, virides, striatos bra-
chiatur, qui omnes in oblongas quasi spinas seu cor-
nua finiunt: folia plura circa radicem per terram spar-
guntur, eleganter virentia, & Cichorii vulgaris modo
in plures lacinias, sed subrotundas divisa, in caulibus
verò rara observantur, eaq; oblonga, angusta, nec laci-
niata, quæ amara quidem sunt, sed non lætescunt, &
citò etiam pereunt, etiam reliquis plantæ partibus e-
leganter virentibus. Flores plures sparsim proveniunt
in ramorum maximè alis, foliolis herbaceis sustentati,
qui vulgaribus forma similes, sed longè minores, cœ-
rulei coloris, ex senis septenisve laciniatis foliis com-
positi, in quorum medio apices aliquot observantur:
his succedit semen, vulgari simile, similiq; tecæ in-
clusum. Julio & Augusto floret. Hoc Chondrillæ spi-
nosæ primum, dein Cichorii spinosi nomine Doctor
Doldius Noriberga misit: verum in horto D. Zuingeri
hoc anno legimus, & cum hæcenus à nemine fuerit
descripta, ejus iconem etiam, ut Dominus Saltzman-
nus Medicinæ Candidatus eleganter expressit, addere
placuit. VII. Dens Leonis latiore folio. C. B. Dens leo-
nis, Brunf. Matth. Dod. fol. Taber. cui & Rostrum por-
cinum. Dens Leonis vulgi: officinis Taraxacon, Coro-
na & Caput monachi, Lob. Hieracium majus, Trago.
Hieracium parvum, Cord. in Diosc. Hieracium mi-
nus, Gef. hor. Hedypnois major, Fuch. Hedypnois
Dalechampi, Lug. Chondrilla altera, Dod. gal. Chon-
drilla Galeni, Anguill. Taraxacon minus, Lon. A-
phaca, Cæf. Habetur major, media & minor. VIII. Dens
Leonis bulbosus C. B. Cichorium Constantinopoli-



tanum, Matth. Cast. Lugd. Dens Leonis Monspeliensis, Lob. ob. Dod. fol. Dens leonis altera, Tab.
Chondrilla altera Dioscoridis, Lob. ico. IX. Chondrilla verrucaria C. B. Zacintha sive Cichorium verru-
carium Matth. Cast. Lug. Cichorium verrucarium Matth. Ital. Cam. Verrucaria, Seridis species, Gef. hor.
Chondrillæ species in ruderibus, Cæsalp. X. Cyanus montanus latifolius, vel Verbasculum Cyanoides
C. B. Verbasculum, Trago. Cyanus major, Matth. Dod. gal. & fol. Lob. Cast. Lugd. Came. Cyanus flore
grandi, Cæsalp. Cyanus sylvestris, Lon. Cyanus montanus, Gef. hor. (cui & sylvaticus) Tab. Flore est
cœruleo, aliquando umbilico purpureo: rarius flore albo invenias. XI. Cyanus segetum cœruleus.
C. B. Lychnis agria & flos frumenti, Brunf. Leucoion cœruleum Dioscoridis, Hermolao: Baptifecula,
Trago, Cyanus minor, Matth. Cast. Lugd. Cam. Cyanus, Fuch. Dod. gal. Lon. Cæsalp. Cyanus sylve-
stris, Fuch. icon. Cyanus vulgaris, Lob. Cyanus flos, Dod. fol. Cyanus cœruleus arvensis, Tab. Thal.
Papaver heracleum Dioscoridis & Theophrasti, Columnæ. Flos communiter cœruleus, rarius albus: si
verò in hortos transferatur & colatur, non solum erit cœruleus, sed purpureus, remisso vel intenso colo-
re, violaceus item & varius: & rursus flos simplex vel plenus.

Χονδρίλλα.

CHONDRILLA.

CAP. CXXVI.

60 Chondrilla, quam aliqui cichorion, alii Serin appellant, caulem, flores & folia habet cichorio similia:
qua ex causa nonnulli sylvestris intybi speciem esse pronunciarunt, verum tenuior tota est. In cujus
ramulis, gummi mastiches simillimum, magnitudine fabæ inveniri solet: quod cum myrha tritum &
luteo appositum, instar olivæ, sœminarum menses trahit. Tusa cum radicibus herba, adjecto melle, di-
viditur in pastillos: qui nitro admisti vitiligines emaculant. Gummi inordinatos pilos replicat. Quod i-
tem tenera radix efficit, si intincta succo acus, pilis admoveatur: contra viperas in vino pota proficit. Suc-
cus decoctus in vino, aut per sese potus, alvum sistit. Aliud habetur Chondrillæ genus, folium ferens ob-
longum, circumrosū, humi sparsum: caule succo madentem lacteo: radice tenui a rotunda, lævi,
vegeta, flavescente, succosa. Cujus & caulis, & folia concoquendi vim habent. Succus incommodos pal-
pebrarum pilos reflectit. Nascitur in lætis & cultis.

Nimirum sylvestris Cichorii species Chondrilla est: gracilioribus tamen foliis, caule, floribus ac semine. Frequentissima
hæc non modo in Hetruria, sed etiam in universa Italia in cultis locis, scrobium aggeribus & secus vias atq; etiam
in pratis sideratio.

Kk +

ori. in
m. xxi.
phi. i. xxi.
i. in lum.
mo verti-
cem ha-
bent.

Chondril-
la utrius-
que con-
sideratio.

I. CHONDRILLA.

II. CHONDRILLA.



in pratu virefcere, ac fuo tempore florefcere confpicitur: qua radice nititur Cichorio brevior, & lacteo fucco pregnante: nec minus etiam, quam cichorium in acetariis recipitur, quamvis amarior fit. Vifitur & alterum genus huic non longè difimile, foliis tamen non ita in ambitum laciniatis, nec adeò in mucronem definentibus. Hac à lactis ubertate, quo in omni parte, præfertimq; radice redundat, à noftris vulgò Lattaivola vocatur. Rura eam fuis acetariis pro cichorio indifferenter admifcent. Chondrilla vires fcripfit Galenus lib. 8. fimplicium medicamentorum, ubi fimul de intybo & cichorio differt, nihilq; ei peculiare reddidit, præterquam quòd intybi fit fpecies. Veruntamen libro 2. de facultatibus alimentorum non sanè intybo, nec cichorio, fed lactuca Chondrillam fimilem fecit. Huic nomen Græcum χονδρίδα: Latinum pariter & Italicum, Chondrilla, & Terracrepola: Arabicum Candarel, Cadaron feu Amiron: Hispanicum Leitugas & Lechugas dentre los planos: Gallicum Lettron.

Chon-
drilla
vires ex
Gal.

I. CUCURBITA OBLONGA.

Nomina.



Cucurbi-
ta confi-
detatio,
& genera
tria.

Chondrilla, quibusdam propter formam, feridis agrestis fpecies, an fortè apud Theophrastum 7. hift. 9. & 11. ἀνάγρη, Fraus ut Gaza vertit. I. Chondrilla prior, Matth. Caft. Lugd. Chondrilla altera, Lacu. II. Chondrylla cœrulea latifolia C.B. Chondrilla fecunda, Matth. Caft. Condrilla prima, Lacu. Chondrylla latifolia cœrulea, Tabernæmontano.

κοκκινωβα, CUCURBITA. CAP. CXXVII.

Cucurbita efui apta. Cruda, trita illitu tumores & abfcelfus mitigat. Ramenta ejus infantibus, contra capitis ardorem, quam fyriafin vocant, in fyncipite illinuntur: oculorum inflammationes, podagrasque refrigerant. Succus è ramentis tufis per fe, aut cum rofaceo infufus aurium doloribus auxiliatur: aduftiones cutis in ardenti febre illitu adjuvat. Totius fervefactæ & expreffæ fuccus, cum melle exiguo & nitro potus, alvum leniter refolvit. Vinum in cucurbitam recentem excavatam, infufum, fi miftum fub divo teneatur, potum alvum lævigabit.

Cucurbita fativa, qua per aflatem in cibum frequentiffimè vario fumitur apparatu, in triplici cenferur genere, nempe

II. CUCURBITA LAGENARIA.

III. CUCURBITA MAJOR sessilis.



IV. CUCURBITA INDICA.



nempe longa, rotunda & sessilis. Sed quanquam Cucurbita inter se forma dissimiles habeantur, non tamen propterea viribus & natura sibi invicem repugnant. Siquidem (ut Columella tradit, & Plinius refert lib. 39. cap. 5.) forma varia in cucurbitis arte, & mangonio fieri facile potest. Nam semina: quae proxima collo fuerint, proceras pariunt: item ab imis, sed non comparandas supra dictis, quae in medio, rotundas: quae in lateribus, crassas, breviores ac sessiles, aptissimas quidem ad recipiendum tum vinum, tum oecum, tum alios quoslibet liquores, urceorum, & cadorum vice. Si vero cordi sit, ut fiant corpore vastiores, de media cucurbita parte semen inverso feratur cacumine. Sed diligenter custodiendum est, ne eo mulieres accedant: namque earum contractu facile elanguescunt incrementa virentium: tantoque magis, si eis fluxerint menses: tunc enim solo oculorum intuitu tenellos enecant foetus. Quae autem ad semina servantur, è primo seligantur proventus, pendeantque in sua vite ad hyemem usque: deinde sublata insolentur, aut ponantur in fumo, donec penitus siccificent: aliter facile earum semina, ascita putredine, deperirent. Amant Cucurbita mirum in modum aquas: nam si prope in patens vasculum aqua subiciatur, à quing, vel sex digitorum intervallo, ante posterum diem adrepentes cognoscuntur descendisse. Sine semine nascuntur, si per triduum antea, spargenda semina oleo sesamino macerentur. Hederaceis virescit cucurbita foliis, sed amplius admodum & subcandicantibus: flagellis sarmentosis, angulosis & humiliter repentibus. Verum ubi adminiculum nata fuerit, illud facile comprehendit claviculis: quibus arbores & pergulas scandit, usque sese implicat. Flores illi albi grandioresque, & in stella fere modum divisi, verum perpauci frugiferi. Noscuntur hi facile, conceptu sub ipsis extuberante. Fructus edit magnos, qui quidem in uno genere longi, in altero rotundi, & in altero sessiles visuntur: verum omnes in magnam extuberant molem. Seruntur pas-

sim in hortis, & circa sepimentis. Sunt & alia Cucurbitarum varia genera Italia peregrina, quae diu per hyemem recentes asservari possunt. Ferunt has ab occidentalibus Indiis in Italiam venisse: unde Indica à pluribus vocantur. Sed jam diu Italico solo proveniunt. Harum varia habentur genera, magnitudine, facie & colore differentia, referunt tamen omnes Melopeponum effigiem. Sed alia magna, imò maxima, ventricosae, alia parva, alia mediocres, & alia oblonga, alia rotunda, vario colore, quae quidem omnibus notiores sunt, quam à me describi debeant. Crescunt solius nostratibus longè

majori.

Cucurbita
ex histo-
ria.

Cucurbita
ex Indica
mentio.

Cucurbi-
ta vires
Matth.Cucurbi-
ta facult.
ex Gal.

Nomina.

majoribus, firmioribusq; asperis & rigenti pediculo adnexis, viridibus facie. Sarmenta illi crassa, angulosa, aspera hirsutaq;. Ea humi repunt, longo admodum tractu, atq; etiam scandunt, & pergulas & attegias opacant. Flores magni, liliifere effigie, aureo colore. Fructus decerpuntur Autumno, & asservantur hyeme tota in culinis. Semen in ventre condunt magnam, amygdalini nuclei figura, in quo nucleus concluditur dulcis & suavis. Sapor is subdulcis, non ut nostratibus usq; adeo insipidus: verum gustui insuaves sunt, nisi precipuis condimentis saturentur. Vulgarium cucurbitarum folia recentia jumentis illita affricq; muscas abigunt. Eadem mamma puerperarum adhibita, lac siccant. Oleum quod e cucurbitarum floribus paratur, in eo diutius insolaris, renum calores inunctum extinguit, & capitis dolorem ex calida causa ortum ducentem & praesertim febrientibus. Arida cinis ambusta, & pudendorum ulcera sanat. Estur passim aestate in cibis cum jusculis elixa, tum quoq; in oleo aut butyro frixa, farina prius circumlita & acerba uva succo aspersa. Cucurbitae facultates scriptas reliquit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum his verbis: Cucurbita humida frigidaq; temperata est, ut 10
trag, qualitate secundi ordinis. Quocirca ramentorum ejus succus ad aurium dolores cum phlegmone junctos, cum rosaceo utentibus utilis est. Sic tota quoq; illita calidas phlegmonas mediocriter refrigerat. Comesta autem humida est, & sitim propellens. Et libro 2. de alimentorum facultatibus: Cucurbita, inquit, cruda cibo insuavis est, stomacho perniciofa, & concoctu plane inexpugnabilis: adeo ut si quis alterius cibi inopia ingerere eam compellatur, ceu quidam jam ausus est, ponit cum algore ventriculo incumbere sit sensurus, stomachumq; evertet, & ad vomitum concitabit, quo solo ab urgentibus symptomatibus poterit vindicari. Hanc igitur, aliq; ex fugacibus complura, aut mox quam elixata est, aut frictam in sartagine, aut assam omnes homines esse consueverunt. Cucurbita vero, de qua dicere capimus, elixa nullam evidentem saporis qualitatem habet: nisi quis eum quoq; saporem nominare velit, qui neq; acris neq; salisus est, nec acerbus, nec amarus, nec id genus quippiam manifeste repraesentat, veluti nec ipsa aqua. At hujusmodi cuncta communi nomine omnes 20
Arina, id est, qualitate expertia vocare solent (Latini satua aut insipida dicunt) quoquo modo nos quoq; elaviois do-
Arina gratia appellabimus. Talis ergo cum sit cucurbita, non immerito varios apparandi modos admittit, utpote quae in medio omnis excessus constituta est, ob idq; ad quemvis excessum ex aequo duci potest. Proinde cucurbitaq; quantum in se est, humidum frigidumq; corpori alimentum praebe, omnium humidorum ciborum ratione: qui scilicet citra adstrictionem tales sunt. Nec sane infeliciter concoquitur, modo non anteverat corruptio. Nam ea illi solet nonnunquam accidere, cum aut vitiose fuerit preparata, aut pravi humores in ventriculo acervatos offenderit. Est aliquando ob nimiam in eo 30
moram: quod aliis quoq; omnibus fugacibus, quae humido sunt temperamento, evenire solet. Nam in ventriculo corrumpuntur & ipsi, ni celeri descensu id mali effugiant. Quemadmodum ergo cucurbita pura, & ut in se ipsa est, succum in totum corpus alendi gratia digestum, expertem qualitatis gustabilis obtinet: ita cum alicui vehementem habenti facultatem fuerit juncta, facile illi adsimilatur: ut si cum sinapi sumatur, succus ex utroq; in membra diffusus, acris efficietur cum manifesta caliditate. Eadem ratione si cum salso quopiam estetur, ceu nonnulli in patinis cum salsamento instruunt, sal- 30
sum in corpore humorem generabit. Est porro sic apparatus a cibis longe suavisimus, si salsamentum ex ponticis illis fuerit, quae vicia appellantur. Quod si cum malis cotoneis elixa, decenterq; condita fuerit, succum austerum in distributione habebit praepollentem. Asa autem, vel in sartagine frixa, ut propria permultum humiditatis deponit, ita reliqua ejus pars nullam sibi valentem vim adsciscit, uti nec cum in jure simplici paratur. Ceterum ob aqueam qualitatem sibi innatam, non immerito origano jungi gaudet. Quaecumq; enim talia sunt, acris aut acidis, austerisve aut salis permiscere saporibus postulant, si quis & cum voluptate ea sumere, & nauseam cupiat evitare. Cucurbita Indica cum subdulci sint sa-
pore, crediderim primo excessu refrigerare, & humectare secundo. Cucurbita Latini dicta, Graecis κολοκύνθη & κολοκύνθη, 40
appellatur: Arabibus Haraba, Hara seu Carba: Italis Zucca: Germanis Kürbe: Hispanis Calabazza: Gallis Courge, urle five Causse. Cucurbita Indica, Italis Zucche Indiane, oltramarine.

Cucurbita e concurvatu dicta, quod facile, si quid obstiterit, quod minus extendatur, incurvescat. I. Cucurbita oblonga flore albo folio molli. C. B. Cucurbita fructu longo, Trag. Cucurbita oblonga, Fuch. Cucurbita anguina & oblonga, Dod. gal. Cucurbita longo fructu, Cord. in Diosc. Cucurbita camera-
ria, Cord. in hist. Cucurbita five Zuccha omnium maxima anguina, Lob. Cucurbita longior, Dod. fol. Cucurbita longa, Tab. Cast. Cam. Cucurbita cameraria longa Lugd. Cucurbita sativa longa, Cæs. II. Cu-
cubita lagenaria flore albo, folio molli C. B. Cucurbita, Brunf. Cucurbita minor, Fuch. Dod. gal. Cucur-
bita plebeia, Cord. hist. Cucurbita lagenaria, Lob. Cast. Cucurbita lagenaria minor, Tab. Cucurbita pri-
or, Dod. fol. Cucurbita cameraria minor, Lugd. III. Cucurbita major sessilis flore albo C. B. Cucurbita
cujus fructus in orbem collectus intumescit, Trag. Cucurbita major, Fuch. Cucurbita cameraria major
Dod. Gal. Lugd. Cucurbita lato & sessili fructu, Cord. in Diosc. Cucurbita latior, Dod. fol. Zuccha ma- 50
jor rotunda, Cord. hist. Cucurbita rotunda, Cast. Cæs. I. Cucurbita lagenaria major, Tab. Matthioli
una figura omnes expressit, Cucurbitae titulo, in longam, rotundam & sessilem distinguens, quem securus
est Lacuna & Cast. IV. Cucurbita major rotunda, flore luteo, folioq; aspero. C. B. Cucurbita Indica, Matt.
Cast. Tab. Cucurbita, Zucca marina Italis, Gef. hor. Cucurbita rotunda, Cæs. Cucurbita Indica rotun-
da, Lugd. Cucumis seu Zucco marinus, Trag. Cucumer marinus, Fuch. Lon. Pepones rotundi, Dod. gal.
Pepo rotundus minor, Dod. fol. Varia hujus sunt genera, quae magnitudine variant, earum namq; quod-
dam genus, quod vix utrifq; ulnis completi licet: colore etiam differunt, sunt croceo, luteo, citrino.

Cucurbitae

CUCUMER SATIVUS.

CAP. CXXVIII.

Sativus Cucumis albo & stomacho perquam utilis habetur: refrigerat, qui corruptionem non sentit: vesicae prodest: olfactu revocat, quos animus liquerit. Semen modice urinam movet: cum lacte aut passio vesicae exulcerationibus subvenit. Illita cum vino folia, morsus canum sanant: & epinyctidas, cum melle. Peponis caro in cibis urinam cit: inflammationes oculorum illita sedat. Ramenta ejus contra adu-
stionem infantium, quam syriacis vocant, syncipiti imponuntur: fronti ad mota oculorum fluxiones a-
vertunt. Succus cum semine, adjecta farina siccatus in sole cogitur in smegmata, quae faciem repurgant
& nitorem afferunt. Radix sicca & ex hydromelite pota, drachmae pondere, vomitionem movet. Si
quisquam moderate secundum cœnam vomere cupiat, geminis obolis sit contentus. Sanat quoq; illita
cum melle, ulcera concreta in modum favi, quae ceria vocant.

I. CUCU-



Quamquam Græci (ut Galenus est auctor lib. 2. de alimentorum facultatibus) omnia tam Cucumerum quam Melo-
 peponum genera Pepona nominant, peculiariter tamen *oīos* nomine, quo præsens caput inscribitur à Diosco-
 ride & Galeno 2. libro de alimentorum facultatibus statim post Pepones & Melopepones, id tantum omnes fere compre-
 hendi volunt, quod Latinis Cucumis appellatur. Verum non ob id planè decerni potest, an hic reddat Dioscorides nostratus
 Hetrusci Cucumeris vires, qui aliis Italiæ populis Anguria vulgò nuncupatur, an alterius, qui propriè Insu-
 brius Cucumis dicitur, Hetrusci verò Citrulus, omnibus notissimus. Planta est sarmentosa, humi repens, foliis vitigineis, s-
 ris scabrisq; flagellis pariter scabris atq; rigentibus: flores edit melinos fructu sub ipsis extuberante, qui tandem in longum
 40 protensus citrei mali modo viridi primum fit colore, & dum maturescit flavo cortice verrucis scatente: seritur passim ab
 olitoribus in hortis. Siquidem non ex Dioscoride modò, sed nec ex aliis veteribus hætenus quonquam reperi, qui Cucumis
 Græcis propriè *oīos* appellatus, notis ullis repræsentet. Sed quod Græci *oīos* vocabulo nostratem Citrulum & Insu-
 brium Cucumerem significent, facile conijci potest ex ipso Dioscoride: quippe qui lib. 4. Cucumerem sylvestrem asserat fructu so-
 lo, quem oblongis glandibus non dissimilem parit, à sativo dissidere, cum aliis foliis, floribus, ac sarmentis sarivum prorsus
 referat. Verum cum huic ille per omnia respondeat, quem nos Citrulum, alii verò Cucumerem dicunt, non possum non li-
 bere pronunciare, Dioscoridem hic Citruli nobis vocati, non autem Angurie vires descripsisse. Quamobrem hac in historia
 apertè hallucinari Brasavolum putamus, quod procul dubio existimaverit, veteres Græcos, præsertimq; Dioscoridem, *oīos*
 appellatione Anguriam, vel Hetruscorum Cucumim repræsentasse. Quandoquidem assignatis jam rationibus accedit &
 Plinii auctoritas, qui lib. 19. cap. 5. Cucumeres, ait, in Italia virides, & quam minimi: in provinciis quam maximi & cieri-
 50 ni aut nigri. Placeat copiosissimi Aphrica, grandissimi Mæsia. Vivunt hausti in stomacho in postera diem. Quod proprium
 est citruli nobis vocati, non autem angurie vulgò Insu-
 brius appellatæ. Anguria enim in Italia in magnam extuberant mo-
 lem: & cum aquea sint substantia ac prædulces, quam maturitatem sensere, ingesta facile à ventriculo labantur, quod no-
 stratibus citrulus, & Insu-
 brium cucumeribus non evenit. Nam cum glutinoso, frigidoq; succo referti sint, ob idq; concoctu
 perquam contumaces habeantur, non nisi post longum tempus à ventriculo descendunt. Ad hæc (ut citato loco subdit Pli-
 nius) Cucumeres in fistula flore demisso, mira longitudine crescunt. Atq; iidem in tantum odere oleum, ut si è vite penden-
 tibus vas olei subijciatur, adeò refugiant, ut in hancum currentur: quod anguriis, quæ sphericam formam referunt, mini-
 mè evenire posse comperio. Videmus præterea Citrulos nostrates adhuc florentes in fistulas coniectos mira longitudine cre-
 visse. E quorum semine qui postmodum orti sunt, eandem retinuerunt formam, adeò ut in vite pendentes angurium modo
 contorti viderentur. Non enim differunt tota sua facie altero nisi in fructu, qui longus est, & serpentis modo curvus, striis per
 60 longitudinem protensis. Seruntur in hortis & præsertim in Apulia. Servantur Cucumeres, (ut Plinius auctor est) usq; ad
 alios penè proventus: & id quidem non solum muria fit, sed & scrobe opaco in loco arena substrato, siccòq; sicco operto, ac
 deinde terra obruto: ita enim virides servari tradunt. Hyemem odere omnes, & frigora: die sexto vel septimo à satione
 prodeunt. Tenerrimi autem ac jucundissimi fient, si semen ante sationem lacte fuerit maceratum. Qui verò præcoces habere
 volunt, confecta bruma, stercore atam terrā in cophinis habeant, ibiq; semen condant, & modicum præbeāt humorem: deinde
 cum enata semina fuerint tepidis dieb. & insolatis, juxta adificia sub dio ponāt, & omnia à vento protegāt. Caterū frigorib.
 ac tempestatib. sub rectū referāt, idq; tamdiu faciāt, quousq; æquinoctiū vernū conficiatur. & nulla amplius reliqua sit pru-
 ina suspicio. Postea totos cophinos dimittant in terrā, sic præcoces fructus habebūt. Recens cucumis in tenues particulas se-
 ctus & impositus, quas cunctas inflamationes sedat, quinetiā in ardentib. febrib. aridit atē lingue aufert, si frequenter in ore reti-
 neatur. Quid autē veterib. fuerint, quid nobis sint Pepones ac Melopepones, nō equidē facile ausim decernere: et si nō desint
 qui

Cucume-
tis consi-
deratio.An de Ci-
trulo, an
de Angu-
ria, intel-
ligen. Di-
oscorid.Brasavo-
lus repte-
henditur.
Plinius de
Cucume-Cucume-
tis vires.

Peponū & Melo-
peponū
confid.
Melo-
pepones
Gale. an
nostri
Melones.

qui dicant Melopepones Galeno lib. 2. de alimentorum facultatibus, communes nostros Melones esse: Pepones verò, quos in eo genere Veneti corrupta inde voce vulgò Pipone vocant. Verum enimvero cum asserat Galenus, quod pars intimacarnis semen inclusum tangens, cum in Peponibus edendo non sit, in Melopeponibus passim ab hominibus manditur, mihi animum adeò dubium reddit, ut aliquid in hac re certi statuere nequeam, neq. invenire possim, quid Pepones & Melopepones Galeno extiterint. Quippe quoniam utriusq. generis, tam scilicet Peponum, quam Melopeponum carnea pars semen continens estur, & non estur, prout fructus ipse plus, minusve maturitatis fuerint adepti: nam utriusq. cum ultimam senserint maturitatem, id suprema carnis una cum seminibus in medium fructus concidit, quod cum evanidum, & insuave reperiatur, nusquam comeditur. Quod tamen utriusq. minus maturus non evenit: eaq. propter extrahit prius seminibus estur tota eorum caro. Hac igitur tametsi me (ut dixi) dubium reddant, inclinatur tamen animus ad credendum, per Melopepones Galenum nostrates Melones intellexisse, si modo ipse eorum unquam habuit notitiam. Dixi sententiam meam, quam iis ruminandam relinquo, qui Vipereo ore non sunt. Siquidem nihil tam dulce, tam suave, tam bonum, tamq. proficuum reperitur, quod venenatis labiis non amarescat. Caterum quid per Pepones intellexerit, nihil prorsus (ut ingenue fatear) quod proferam, hactenus habeo. Verum tamen cum illis mihi non facile convenit, qui Venetas Piponas dictas Galeno Pepones esse existimant. Minus adhuc illis assentior, qui Pepones Angurias esse dicunt. Namq. Serapio cum primum ex

III. MELOPEPONES.

Fuchsi
error,
Cucum.
Anguria
creden-
tis.

Peponū
historia.



Galenī auctoritate de Peponibus & Melopeponibus disseruisset, de in peculiare de Anguria caput fecit, quam Arabica lingua Dullaba nuncupavit. In cuius reddendis viribus nullum affert Græcorum testimonium, sed tantum suæ gentis auctoritatibus innititur. Hinc facile adducor, ut credam Angurias veteribus Græcis penitus ignotas fuisse. Eas equidem nunquam vidisse, vel non cognovisse demonstrat Fuchsius medicus clarissimus, quippe qui suis de stirpium historia commentariis non sine magno errore putat cucumeres, quos Citrulos Hetrusci nominant, angurias esse. Nam etsi Hetruria angurias vocet cucumeres, non tamen contra cucumeres vulgares vocat angurias, ut perperam, meo quidem iudicio, Fuchsius & intellexisse, & scriptis mandasse videtur. Sed ad nostros PEPONES jam venio, qui tametsi notiores sint, quam à me explicari possint, non ob id tamen eorum historiam mihi haud describendam putavi. Serpit itaq. melopeponum, aut peponum planta (liceat nobis eos quovis modo appellare) longis ac viticulosus sarmentis cucumeris modo, folio vitigineo, minoribus tamen incisuris, scabris hirsutisq., floribus luteis, fructu grandi, humani capitis instar & saepe longè maiori, cortice cartilagineo. Non omnibus idem est color: Namq. alij herbaceo sunt colore, alij pallido, nonnulli flavo, quidam albo, pleriq. cinereo. Sunt qui tota cute textura quadam reticulari, magno natura artificio proveniant. Striati ferè sunt omnes, prominentibus circumquaq. secundum longitudinem toris, in vertice & umbilico coeuntibus. Interna pulpa gustui suavis, versicolor tamen: in altero enim genere rubet, in altero albicat, aut ex albo rufescit. Qui præstant (plurimi sunt, qui nulla commendantur gratia) præter odoris jucunditatem, dulces & suaves sunt: semen in utero gerunt copiosum, oblongum, albo contextum putamine, in quo dulcis concluditur nucleus. Gaudent lato & aprico solo, ac etiam libertate, qua possint ultro vagari. Seruntur in hortis & agris.

Rigari volunt, ubi pluvia defecerint: ubi vero fructus concoqui cœperunt, pluvia iis adversissima sunt, iis enim tristantur, & ignavi inspidi & ingrati redduntur. Atqui mirum sanè est ut inter complures, qui ex eadem proveniunt planta, pauci præstant, ceteris insuavis redditis. Bonitatis indicium præbent, qui odoratiore habentur, quibusq. crassior fuerit pediculus, quin etiam ponderositas præstantia argumentum est. Sunt qui rosarum, qui moschi odorem spirent, olitorum mangonio, seminibus ea parte, qua germinant, parumper apertis, & in rosacea stillatitia aqua maceratis, qua moschum exceperit. Est & genus, quod tota ferè hyeme asservatur, postquam decerptum est, flavo colore, hos Hetrusci Melle, saccharove condiunt, citriorum pomorum more. Vertere quoq. mulieres melopepones in suum usum forma concinnanda gratia. Iis itaq. in particulas scissis, Ari & bryonia radices addunt, quinetiam limonium succum, coniunguntq. in alembicum: deinde caprilli lactu id addunt, quod hac omnia superet, & in aqua ferventis balnei distillant, & aqua, qua fluxerit, faciem concinnant. Semen in medicamentis suum quoq. habet usum. Cremor enim ipsius lacteus febrientibus utiliter propinatur ex hordeacea ptisana: siquidem non solum refrigerat, sitimq. extinguit, sed oppilationes tum jecinoris, tum vasorum expedit & urinam provocat. Datur item tussientibus, tabidis & marasmo affectis, ac etiam in urine ardoribus, additis vesicariæ pastillis, aut dulcis radices succo, mumie momento & gummi Arabici, & tragacantha nonnihil: valentius tamen proficit, si accedat seminum papaveris cremor, & baccarum Halicacabi, & malyæ decoctum. Sed de peponibus & melopeponibus nostris hactenus. Reliquum nunc est, ut de Anguria quam Dullaba appellat Serapio, quoq. disseramus. Est itaq.

ANGURIA planta, folia ferens colocynthidis medicamento, majora tamen, aspera & per ambitum divisa: caulem sarmentosum, humi repentem, ut cucumis & pepo. Florem edit aureum, fructum magnitudine mirum in modum extruberantem ponderosum subrotundumq. Cortice lavi, herbaceo colore, maculoso tamen & ea parte, qua humi jacet, albicante, carne intus humida, aquosa, in quibusdam prædulci, in nonnullis autem subacida, insipida sitig, extinguenda perquam idonea. Semen concludit latum, peponum duplo majus, cucurbita paulo minus, cortice solidiori & nucleo grandiore. Est quoq. seminis in colore differentia, quod uni nigrum, alteri rubrum innascatur. Seritur in hortis & viridariis ac etiam in agris. Decerpitur fructus, & diu quoq. asservatur in horreis. Tritici enim acervus infidens, non solum à putredine tnetur, sed coquitur, si immaturum decerpatur. Frigidus est, & humidus, ordine secundo siti arcenda aptissimus. Quo fit, ut Itali ardente

Anguriz
mentio
& hist.

IV. ANGURIAE.



dente Syrio ejus pulpa interna se resocillent. Confert adurentibus febribus, & lingua ariditati quam maximè. Acutos humores vincit, & eis praesertim auxiliatur febrientibus, qui humorum malignitate magis, quam abundantia scitent. Si quidem Anguria (ut Serapioni placet) alvum in principio fortiter non citat: ideoq. illi convenit, qui tenuis & imbecillis sunt temperamenti, macri & exangues: etenim iis alterantibus magis opus est, quam ducentibus humores, verum quamvis id effici possit acidis medicamentis, insipida tamen, qua nonnullam dulcedinem habent (ut Anguria) hisce in casibus longè magis conveniunt. Impossibile enim est, quin acida, & quae cum ipso aceto parantur medicamenta, incidant & attenuent. Id quod imbecillia corpora, macra & exanguia, haud quaquam sustinere queunt, quod ejusmodi acida portiones maciem augeant, & ventriculum ledant. Atqui etiam ubi quispiam acida adstringentia propinaverit, impossibile quidem videtur, ut non obstructions augeantur, si ea in jecinore & ejus meatibus extiterint. Etenim acida & adstringentia medicamenta exsiccant, & nihil prorsus humectant. Porro insipida & quae crasse sunt substantia, quibus aliqua (ut in Anguria) dulcedo insit, suo quidem temperamento humectant ac simul refrigerant, generantq. in ipso jecinore sanguinem aquosum, qui flava bilis fervorem & malitiam coërcet, tam in jecinore, quam in venis. In calidis regionibus Anguria suavior provenit, ideoq. circa Romam, in Campania, Apulia, Calabria & Sicilia, praestantiores habentur, & mole vastiores. Cucumeris vires memoria prodidit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, his verbis: Cucumis esculentus maturus quidem tenuioris essentiae est: qui verò immaturus est, crassioris. Sed & abstergendi & incidendi facultate participant: quare & urinam movent, & corpus splendidum reddunt: ac magis quoq. si quis

Cucumeris vires ex Gal.

semine arefacto, contusoq. atq. cribrato, vice pulveris abstergeri utatur. Superat in eis humida, frigidaq. temperies, non tamen magnopere, sed quasi in secundo censetur ordine. Attamen si quis aut semen, aut radicem arefaciat, haud etiam humida fuerit natura, sed jam desiccantis, idq. in primo quodammodo ordine, aut etiam in secundo incipiente. Est & in istis major abstergendi facultas, quam in fructu ipsius carne. Et lib. 2. de alimentorum facultatibus idem de Cucumeribus ita scribit: Urinam quidem & ipsi, quemadmodum pepones, cient, sed minus quam illi, quod ipsorum substantia minus est humida: ideoq. non facile, ut illi, in ventriculo corrumpuntur. Ergo quibus cucumeres bene concoquere datum est, dum in hoc fisci, intrepide, assatimq. in se expleant, longi temporis tractu, gelidum & ut cunq. crassum humorem in venis acervari contingit, qui per eam, qua venae funguntur, concoctionem, haud facile in probum sanguinem potest converti. Proinde omnibus pravi succi edulis, quantumvis probe à nonnullis consiciantur, abstinere in totum consuluerim. Clam enim sensimq. post longum tempus pravi in venis succus ex ipsis suggeritur atq. accumulatur: qui vel levicula putredinis arrepta occasione, febres savissimas, & mirè contumaces excitabit. Et paulò antea de Peponibus scribens: Universa (inquit) peponum natura frigidior cum larga humiditate existit: habent & quandam abstergendi vim: ideoq. urinam cient, & deorsum expeditius, quam cucurbita melopepones rapiuntur. Quod porro abstergant, discere licet sordidam cutem defricando. Quamobrem etiam maculas calore solis factas, & lentes faciem occupantes, atq. in superficie albos extergere possunt. Sed semen, quod in eorum veluti carne continetur, ad hoc efficacius, adeo ut renibus etiam calculo infestatis sit accommodatum. Gignit peponem in corpore vitiosum humorem, potissimum quando non probe concoctus fuerit. Tum verò morbum etiam, qui cholera dicitur, inducere consuevit. Etenim priusquam ad corruptionem pervenit, vomitioni quoq. idoneus est: largiusq. ingestus, nisi quis aliquid eorum, probi quae sunt succi, supermandat, omnino vomitum concitabit. Et de Melopeponibus agens: Melopepones (ait) & minus humidi quam pepones sunt nec adeo pravi succi: minus item urinam provocant, tardiusq. deorsum descendunt. Ad vomitum verò excitandum non eandem vim peponibus obtinent, sicut nec celeriter adeo ut in ventriculo corrumpuntur, cum pravi humor in eo collectus fuerit, aut alia quapiam corruptionis causa ipsum prebenderit. Caterum tametsi in juvando stomacho autumnalibus fructibus longè sunt inferiores, haudquaquam tamen ei, ut pepones, officiant. Hec ille. Caterum praetermittendum mihi non duxi, quin legentes admoneam, esse impostorem, qui me redarguat, quod scripserim, hoc nomen esse & cucumerem tantum designare, quod revera id generale sit nomen omnium horariorum fructuum videlicet peponum, melonum, cucumerum, anguriarum, & ceterorum generis ejusdem. Utq. hac comprobare videatur, Galenum adducit libro secundo de simplicibus medicamentis, qui scribat, negare medicos nonnullos, fructum, qui pepon dicitur, simpliciter appellandum esse, sed cum additione οὐκ ὀνόμαζον, id est, peponem cucumeralem, ac si ὀνόμαζον ex genere τῶν οὐκ ὀνόμαζον esset. Id quod minimè Galenus affirmavit, sed

Peponis vires ex Galen.

potius reprobavit his verbis: Medici quidam non simpliciter nominare voluerant peponas, sed totum id οὐκ ὀνόμαζον nominare oportere contenderunt. Nos verò in presenti sermone de ejusmodi non laboramus, ut quae ad medicinam nihil conferant: multò enim satius est, rem dilucide interpretari, quam hujusmodi anxia disquisitione doctrinam obscurare. Tum porro clarissimè explicabimus, cum vocabula vulgè maximè usitata eligentes, ipsorum significationem servaverimus: hac ille. Quibus palam est, nebulois ipsius imposturam, sibi longè magis adversari quam mihi: nunquam enim negavi, nomen οὐκ ὀνόμαζον ad illa omnia generaliter referri posse, sed dixi peculiari ter Dioscoridi vulgarem tantum cucumerem designare, quemadmodum quoq. Galeno, apud quem nusquam me legisse memini, nomen οὐκ ὀνόμαζον aliud designare quam cucumerem. Ideoq. de cucumeris alimento scripturus eodem libro, postquam de Peponibus & Melopeponibus egit οὐκ ὀνόμαζον, id est, de cucumere, quos alio nomine appellare non potuit, peculiare caput instituit. Id quod etiam fecit lib. 8. de simp. medic. facultatibus ubi de domestico, & sylvestri cucumere egit, οὐκ ὀνόμαζον & Graeca voce cucumer sativus Latina vocatur: Arabi-

Melopeponum facultas ex Galen.

I. LACTUCA CRISPA.

* II. LACTUCA CRISPA
non capitata. *



III. LACTUCA FLO-
rescens.

* IV. LACTUCA FO-
liis Endiviae. *



transponitur. Seritur passim ab olitoribus & ab aliis quibuscumque, in hortis. Lactuca florescentis folia, quae ad terram sunt, exoleta paucioraque spectantur, caulis illi brachiatus, parvis foliis, ipsisq. acuminatis refertus: floribus melius non magnis qui in pappos evanescent. Scatent ea hortiferè universi in fine Aestatis. Olim lactuca ultimis apponebatur mensis, ideoque inquit Marcialis ille Epigrammaticus:

Ll 2

Claudere

Claudere quæ canas lactuca solebat avorum,
Dic mihi cur nostras inchoet illa dapes?

Lactuca
vires Mar-
tialis.

Lactuca succus ex rosaceo fronti & temporibus illitus, non solum febrientibus somnum conciliat, verum etiam capiti do-
lorem mulcet. Gargarizatur idem utiliter ex punici mali succo, ad columella inflammationem. Testiculis illitus noctur-
nas pollutiones compefcit, & seminis profluvium, & præsertim addito caphura momento, sed Venerem restinguit. Idem præ-
stat epotum semen, & papaverini seminis cremore haustum, nec minus urina ardoribus opitulatur. Cavendus autem lactu-
carum usus aspirosus, sanguinem excreantibus, pituitosisq; sed iis maximè, qui procreandis liberis dant operam. Lactuca

LACTUCA SYLVESTRIS.

Lactuca
sylvestris.



Lactuca
vires ex
Galeno.

florescens, amaro percipitur gustu: quam ob causam abstergen-
di facultate non vacat, & præsertim lacteus ejus succus. Lacteus
caulium liquor oculorum argemæ & maculas delet, & vitia
cutis emendat. Sylvestris in campestribus & incultis locis na-
scens, facile dignoscitur, quod caule, floribus, semine & folio sa-
tivam jam flores, & semina proferentem amuletur: verum gu-
stu amaræst, & lacte copiosiore referta. Folio exit oblongo, hi-
eracii majoris modo per ambitum laciniato, candidiore, graci-
liore, asperioreq; quam domestica, quin etiam aculeato, post-
quam caulem ediderit, amaro gustu. Caulem emittit florescenti
domestica quadantenus similem, & flores pariter similes. Ab-
stergit ejus lacteus succus, & somnum conciliat, saporiferus et-
iam est, provocat & deficit. Non desunt Pharmacopai, qui è
sylvestri lactuca aquas per alembicum parant, quam deinde pro
Intubi aqua vendunt, decepti superiorum myropolarum insci-
tia. Meminit hujus Theophrastus libro 7. cap. 6. de plant. hist. sic
inquiens: Sylvestris lactuca folio brevior quam sativa est, idq;
consummatum aculeatur, & caule simili modo brevior perfi-
citur, succum acrem ac medicatum habet. Nascitur in arvis. Lac
ejus extrahunt per messem tritici, & purgate aquam intercu-
tem dicunt, & caliginem arcere ab oculis, & argemam auferre,
cum lacte mulieris. Sativa (ut memoria scriptum reliquit Ga-
lenus libro 6. simplicium medicamentorum) humidum est, frigi-
dumq; olus, non tamen extremè (siquidem edendo non foret)
verum maximè secundum aqua, ut sic dicam fontana frigidita-
tem: proinde ad calidas phlegmonas accommodum est, & ad
parva & levia erysipelata: non tamen majoribus satisfacere ido-
nea est. Est etiam edulium sitim arcens. At semen potu geni-
tura profluvium cohibet: quamobrem etiam iis, qui libidinosus
somnia vexantur, datur. Sic & agrestis lactuca semen. Cujus
quoq; colligitur succus, argemæ & caliginem expurgans: ad ad-
na-

stiones etiam cum lacte mulierum inungitur. Et lib. 2. de alimentorum faculte: Pleriq; medicorum (inquit) reliquis omni-
bus hoc olus, seu ficus autumnalibus fructibus, prætulere. Nam inter ipsa aliud melioris succi non invenias. Quod por-
ro nonnulli vitio verterunt, id in præcipuam ei laudem cedit: & si ita se re vera haberet, non modo nulli olerum, sed ne
optimi quidem succi, ac maximi nutrimenti edulius esset secundum, nempe sanguinem ajunt lactucam generare: quidam
non simpliciter sanguinem dicunt, sed multum addunt, multum sanguinem lactucam generare affirmantes. Verum ii ta-
meti prudentius objiciant, longius tamen aliis à vero absunt: quanquam hoc ipsum, puta multum sanguinem procreare,
non est quod merito quis damnet. Constat enim hujusmodi edulium laudatissimi succi censendum esse, quod plurimum
quidem sanguinis, aliorum verò succorum nullum producere sit comparatum. Si verò, quia permultum è lactuca sanguinis
congeratur, idcirco damnandam eam censeant, facillimè huic malo occurrere potest: quippe cum vespertibus, & liberalius
exerceri, & ea parcius uti integrum est. Hac ergo adversus eos, qui olus hoc non rectè vituperant, dixisse sufficiat. Illud porro
novisse convenit, omnibus aliis oleribus paucissimum sanguinem, & vitiosum generantibus, ex sola lactuca non multum
quidem nec vitiosum, baud tamen omni ex parte laudabilem gigni. Ut plurimum quidem cruda ipsa vescuntur. Aestate
autem, cum in semen jam proruptura est, in aqua dulci præcoquentes, cum oleo, gero & aceto assumunt, aut cum aliquo
ex condimentis obsoniisve, præsertim iis, quæ caseo constant. Pleriq; etiam antequam excaulescat, in aqua elixa utuntur:
uti ego jam facio, ex quo dentes mihi deteriores esse cœperunt. Nam amicus quidam meus cum oleris hoc à longo tempore
me ut familiaris cibo usum fuisse sciret, videretq; post mandata me citra magnam molestiam non posse, cocturæ rationem
indicavit. Etenim in juventute, quoniam assiduo os ventriculi bile effervescebat, astus moderandi gratia lactuca utebar:
cum autem ad provectam ætatem pervenissem, olus hoc contra quam in juventute, somnum jam studio & industria accer-
senti mihi, auxilio fuit. Quippe qui etiamnum juvenis lucubrandi gratia vigiliis dedita opera me assuefeceram, declinante
jam ætate, ipsa ex se in somno, gravius hoc incommode molestabat. Adversus quod unicum mihi præsentissimum remedium

Nomina. Lactuca vespere a commanducata semper fuit, Lactuca sic Latinis: ὀλῆα Græcis appellatur: Mauritanis Chæris seu Chæ-
italis Lattuca: Germanis Lactuck: Hispanis, Lechuga aut Alfalfa: Gallis Laitue. Lactuca florescens, Italus Lactuca fioris-
ta. Lactuca sylvestris, Græcis ὀλῆα ἀγρία: Italus Lactuca salvatica.

Lactucam (quod copia lactis exuperet & lac augeat) sic dictam, dividimus in sativam & sylvestrem.
Sativam in crispam, rotundam, capitatam, Romanam & Cypriam, quæ foliorum & forma & colore, ut &
seminis candidi & nigri variant. I. Lactuca crispæ, quæ capitata & non capitata est, illa est Lactuca crispæ
Matt. Lac. Lactuca sativa major quæ in caput coit, Trago, Lactuca capitata Lob. ob. Dod. fol. Cast. Tab.
Gef. hor. Lactuca capitata, Cæs. Lactuca sessilis, Lonic. Lactuca, sativa sessilis. Lob. icon. Lactuca 3. & la-
conica Plinii, Dodo. gal. Lactuca rotunda, Lugdun. Quæ verò non capitata. II. Dicitur Lactuca crispæ,
Trag. Dodo. gal. & fol. Lugdun. Cast. Taber, Lactuca sativa crispæ, Fuch. Lactuca crispæ non capi-
tata,

tata, Lob. icon. Lactuca folio crispo, Cæsalpino. III. Lactuca sativa, Dod. gal. & fol. Lægd. Cord. in Dioscor. Lactuca florens, Matth. Lacu. Lactuca sativa folio scariolæ, Lob. Lactuca, Ges. hor. Cæsal. Cam. Tabern. IV. Lactuca foliis Endivie, C.B. Lactuca secunda, Trag. Lactucæ quartum genus, Matth. Lactuca Intybacea, Taber. Hæc etiam crispatur. V. Lactuca sylvestris costa spinosa, C.B. Endivia, Brunf. Lactuca sylvestris prior, Trag. Lactuca sylvestris, Matth. Fuch. Dod. gal. & fol. Lacu. Lon. Cast. Cæsalp. Thal. Lactuca agrestis, falso Endivia. Italis Serriola, aliis Scariola, Cord. in Diosc. & hist. Endivia vulgarior officinarum, Lob. ob. Seris domestica, lactucina Dioscoridis, Lob. icon.

Ruyssior.

GINGIDIUM.

CAP. CXXXI.

10

Gingidium, aliqui lepidion. in Syria & Cilicia plurimum nascitur. Herbula est sylvestri pastinacæ similis, tenuior & amarior: a radice parva, candicante, subamara. Oulus hoc crudum, coctum, conditumve estur, magna stomachi utilitate: urinam cit. Decoctum ex vino potum velicæ prodest.

Non potui vnquam eorum subscribere opinionibus, qui plantam Cerofolium vulgò vocatam, Gingidium esse censent, vt in aliis commentariis nostris antea editis differuimus. * Huiusce sententiæ esse comperit Ruellius & Fuchsius, viri clarissimi (licet ille non plane ad stipuletur nec non recentiorum alii, qui stirpium cognitionem proficuntur, in hoc consentiunt, quod Gingidium ea sit herba, quam nos vulgò Cerofolium vocamus, illi verò Cheresolium. Veruntamen cum hæc radice nitatur, qua nihil amara sentitur, sed potius acris, & odorata, quemadmodum & folia, idcirco eorum opinionem non equidem (vt dicam quod sentio) probandam putaverim. Quinimo crediderim, vel Gingidium hactenus in Italia non esse repertum, vel inibi non facile oriri: præsertim cum Dioscorides & Plinius asserere videantur, peculiare olus esse Gingidium tam Syria quam Ciliciae horti. * Quare & Fuchsius & Ruellii sententiam improbaui. Nunc autem certo primum animadverto, me hac in re haud esse hallucinatum, habita & inspecta legitimi Gingidii planta, quam è Syria allatam mihi misit Jacobus Antonius Cortusius, Patritius Patavinus, vir ut omni humanitate clarus, ita rei plantarie indagator accuratissimus, una cum altera planta peregrina, quam ipse Visnaga vulgò vocari significavit: cuius hic quoque imaginem expressimus. Est itaq; GINGIDIUM pastinacæ sylvestri haud ab simile, amari tamen, caule ramoso, rotundo, sesquipedali, striato, subnigricante, geniculatoq; umbellâ in cacumine alba, minoribus circumquaq; comantibus foliis: ipsiq; laciniatis: è floribus semen prodit, quo maturecente, umbellæ in sese contrahuntur, ut in Pastinacæ, & tactu glutinosæ sentiuntur. Radicem habet candicantem, palmari longitudine, subamaro sapore. Coptosum in Syria provenit, unde in Italiam advectum semen jam in hortis feritur. Non desunt, qui velint VISNAGAM, vel ipsum legitimum esse Gingidium, vel eius alterum genus, quod folia quadantenus magis Pastinacæ referre videantur. Sed mihi non aridet eorum opinio, quod planta sit Pastinacæ longè maior, & grandes robustasque faciat umbellas, adeo ut festuca sive pediculi, qui illam conspiciunt, pro dentibus alpiis jam multis in usum venerint. Ego quidem ipsam potius maiorem pastinacæ vocarem sylvestrem, siquidem non solum notis omnibus pastinacæ refert: nam caulium crassitudine, longitudineq; quin etiam umbellæ magnitudine, vulgarem sylvestrem pastinacæ superat, sed etiam viribus. Nascitur copiosa in Syria: etiam nunc feritur in hortis in Italia. Caterum ut de planta, quam vulgò Cerofolio vocant, aliquid dicamus, cum & ipsa in ci-

† Anti-
quus co-
dex. p. 100
m. i. c.
misor.
a Meum
& Drag.
p. 100 m.
x. i. r.
dicem a-
marum.
Cat. p. 100
m. i. c.
radicem
parvam
amarum.
Gingidii
confiden.

Gingidii
histor.Visnaga
mentio.

I. GINGIDIUM.

II. VISNAGA.



dium, vel eius alterum genus, quod folia quadantenus magis Pastinacæ referre videantur. Sed mihi non aridet eorum opinio, quod planta sit Pastinacæ longè maior, & grandes robustasque faciat umbellas, adeo ut festuca sive pediculi, qui illam conspiciunt, pro dentibus alpiis jam multis in usum venerint. Ego quidem ipsam potius maiorem pastinacæ vocarem sylvestrem, siquidem non solum notis omnibus pastinacæ refert: nam caulium crassitudine, longitudineq; quin etiam umbellæ magnitudine, vulgarem sylvestrem pastinacæ superat, sed etiam viribus. Nascitur copiosa in Syria: etiam nunc feritur in hortis in Italia. Caterum ut de planta, quam vulgò Cerofolio vocant, aliquid dicamus, cum & ipsa in ci-

Ll 3

börum